aut ne aliqndo disuatur. Et ad unum peruenit quia in unum omnes colligit. hec ibi. Ecce igitur. quod licet illi gentiles mente cupida in quatuor partes xpi uestimenta diuiserunt. et maiori cupiditate. inconsutilem tunicam integram reseruauerunt. tamen deo pro nobis melius aliquid disponente. Unitatem totius sanctae matris Ecce undequaque in uera charitate congregate. ipsis nescientibus significauerunt At uero isti spui sancto resistentes. qui iam xpi misteria cognouerunt Eccam eius diuidere. et quos in ea deus conjungit separare non metuunt, eius inconsutilem uestem charitatem. s. sacratissimam abrumpentes. Unde Beatus Aug. sup. Joann. omelia. 13. loquens Ecce donatistarum que se in partem diuidebat. Uniuersalem Eccam ac eius charitatem. et unitatem rescindendo. Sic dicit satis ad propositum agens Sponsa es agnosce uestem sponsi tui sup quam uestem missa est sors. Interroga Euangelium uide cui desponsata es. uide a quo arram accipias. Interroga Euangelium uide quid tibi dicat. in pasione domini. Erat ibi tunica Videamus qualis desup contexta. desup contexta tunica quid significat nisi charitatem? desup contexta tunica quid significat nisi unitatem. Hanc tunicam attende quia nec persecutores xpi diuiserunt. ait enim dixerunt inter se Non diuidamus eam. sed sortem sup eam mitamus. ecce unde audisti psalmum. Uestem persequtores non conscinderunt. xpiani eccam diuidunt et c. hec ibi. merito ergo. pro magnitudine erroris. relinquitur concludendum. q si ueri discipuli xpi ihu fideles et catholici sumus. non ali quam scisis uestibus scisam eius uestem. charitatem. s. et Unitatem fidelium in huiusmodi scismate deplorare debemus:~

¶ Cap. 3m. ubi ponitur ordo procedendi in hoc opere et diuiditur in duas partes et ostenditur unde ea que tractanda sunt debeant probari et declarari:~

¶ Iux modum duplicem oppugnandi. quem iam aliquali. nunc in primo capo tetigi tangamque larguis in fine operis ut prenotaui. Sic tractatum presentem diuidam in duas partes. in quarum prima. demonstrare conabor Unitatem omnium credentium undecunque ad nostram sanctissimam. fidem aduenerint et eorum uniformem amorem conuictum et conuersationem ut nulla sit in eis quantum ad hoc distinctio Judei et greci. sicut non est distinctio fidei et baptismatis. et Unius altissimi dei. In qua similiter respondebo. ad ea que ut obijcientur. in fine contra hec uidebuntur aliquali militare. In secunda uero parte presuposita iam omnium fidelium eadem uerissima Unitate. declarare tentabo. qualiter corrigi aut puniri debeat unus quisque quocunque errore peccauerit. et q debeat ad omnes circa hec Uniformis regula obseruari sine aliqua personarum acceptione. unicuique pro merito sue cause. non notata gentis aut persone aliqua disparitate. In qua etiam ad obiecta. in fine eiusdem secunde partis que contra hanc ipsam partem uidebuntur speciali militare similiter respondebo. Ultimo uero quasdam notulas p modum conclusionum adjungam in eadem que pro clariori lumine huius materie tam ex his que hic dicenda sunt. quam ex his que dici poterant. breuitatis causa relictis. elici poterunt competenter. Ea uero que

in sequentibus:.

in sequentibus dicere intendo. non uulgi fabulis. que iam nonnunquam et male diuinis literis
preponuntur firmare intendo. nec cuiusquam mortalis librare iudicio. ut pro solo ar
bitrio cuiuslibet. presens hec roboretur intencio. quocunque statu uel conditione per
sistat. quod dominus ihesus xpus in euangelio. tanta austeritate reprehendit
ostendens vanitatem fariseorum et inutilem cultum et obsequium eorum in hoc. quod
dicta et doctrinas hominum tanta autoritate venerentur. quod ea preponerent legi dei.
et ex his muniti. male eam interpretarentur. mt. 15. Irritum fecistis mandatum
domini propter traditionem vram. idest propter vram propriam doctrinam
Ipocrite bene prophetauit de uobis esaias dicens. Populus hic labijs me hono
rat cor aut eorum longe est a me. Sine causa aut colunt me docentes doctrinas
et mandata hominum. Sine causa. i. frustra uel superuacue. et absque aliqua
utilitate. Modus igitur in doctrina. diuini cultus ut labijs et cordibus hono
remus dominum. et nrum seruicium sit ei acceptabile. et gratiosum. nobis uero
utile et proficuum esse debebit. ne sic inhereamus doctrinis et mandatis hominum
ut a domino est prohibitum. Sed quecunque tractare. docere vel roborare diffinire
vel dubitare. defendere uel impugnare debemus. Hec in variabili statera diuine
legis. uel sancte matris ecclesie firmissima auctoritate. uel eius legitima consuetudi
ne. aut sanctorum patrum autenticis decretis firmemus. his indubitanter in
hereamus. quia hec sunt iudicia domini uera iustificata in se metipsa. ps. 18.
cogitaciones uero mortalium timide et incerte prouidentie nre. Sapientie. 9. hoc
ideo dixerim quia in negocio de quo acturus sum. ita mentes quorundam fide
lium. hic pestilens et inueteratus morbus obrrepsit. ut ex dictis et intencionibus
hominum potiusquam ex ueritate laborent. dicentes talis dominus abominatur
hanc gentem. et tali displicat. quod ex eis quisquam assumitur in honorem et ta
lis dicit. eam a nobis expelli debere et cetera huiusmodi. unde ex hoc inter se
mutua susurratione turbati concludunt dicentes ad inuicem Ergo isti sunt ab
hominandi. et in omnibus minorandi. imo a nobis quantum posibile fuerit ex
pellendi. etc. Que omnia sinon aliunde roborata persistant. manifestum est
ea ad negocia periculosi temporis pertinere. et sane doctrine contraria esse
De quibus loquitur Aplus. 2a. ad thimo. 4o. dicens. Erit enim tempus cum sana
doctrinam non sustinebunt. Sed ad sua desideria coaceruabunt. sibi magis
tros prurientes auribus. et a ueritate quidem auditum auertent. ad fabulas
aut conuertentur. Nolite ergo iudicare. secundum faciem ut xpus admonet
Jo. 7. Sed iustum iudicium iudicate. ut statim infert. Iuste igitur pro modo
debito obtinendo. absque errore et periculo. in presenti tractatu concludo cum bea
tissimo pre nro hieronimo. 24. q. 1. dicendo. Non afferamus stateras dolosas.
ubi apendamus quod uolumus pro arbitrio nostro dicentes. hoc graue hoc leue
est. Sed afferamus diuinam stateram de scripturis tanquam de tesauris dnicis

et in illa quid sit grauius appendamus. hec ibi. Quod ideo rectissime fit. et cum plena iusticia et nra undiq utilitate. quia ut dicit aplus. 2a. ad thimo. 3o. omnis doctrina diuinitus inspirata. utilis est ad docendum. ad arguendum. ad corripiendum. ad erudiendum in iusticia. ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. utilis est ad docendum. s. veritatem. ad arguendu falsitatem. ad corripiendum errantes. ad erudiendum. proficientes in iusticia. s. diuine legis Que omnia in presenti neg sunt neccesaria/:~

¶ Captu. 4m. ubi se excusat scribens. et hortatur. et exorat legentes. ut hoc beniuole aceptent. intentione qua ad scribendum motus est ipse quam ibi plenius aperit. ostendens. eam esse ex xpi veri sima charitate et non ex aliqua alia aceptione/.

¶ In superioribus quantum michi uisum est oportere subsequens negocium generali quodam ordine distinxi. et uelut comunibus. quibusdam prefactionibus su matim introduxi. ut eorum que dicenda sunt. intellectus modus. et ordo. legen tibus facilis preberetur, Nunc uero restat ut me ipsum intelligibilem. mode ratum et ordinatum ostendam. Non igitur me publicandi ingenij desideriu aut mearum uirium ula fiducia ad hoc opus ingessit. cum econtra ut cons cientie meę testis est dominus. ipsa mea imbecilitate perterritus. ab eodem me retraxerim ultra quam debui obedientia cogente. ad quod etiam nunc inuitus accedo et tremulas ei manus appono. sciens non esse tutum ingenium tenue et undiq erra bundum. multorum et gradium uirorum iudicijs examinandum comitere. licet sup ueri assertione non sit magnum. tumultuantes potius. quam loquentes redarguere, et apertam de se ueritatem diuinis testimonijs de fendere. cum alij ualuerint uanis quibusdam fabulis pro ueritate men dacium astruere. Non me iterum mouit affectus cognationis et carnis. tanquam in hoc agerem propriam causam. existimans defendere genus meum. cum in nullo michi attineat aut ego illis. in parentella carnali. imo multum lon gissimo fune distemus. quia statim ut existimo post noe diuisimus genus adeo ut nullus unquam de me in hac parte cuiquam suspitionis sit locus. apud om nes qui me nouerunt. quanquam non propter hoc in xpi fide molestus incederem eo quod filius essem habrae secundum carnem. cui ex semine suo nasciturus promiti dignatus est xpus. ut in eo totum mundum reddimeret. imo potius in hoc gloriarer. si tamen aplus gloriari non prohibuisset in carne. Non me quoq impulit apetitus vindicte. uel felleus animus detrahendi. aut in flamatus ardor inuidię. tanquam in aliquo acusaturus sim gentem meam. quod paulus etiam acusatus. percussus. et cathenatus. se uelle agere denegauit. quod nec michi sicut et illi expedit agere. qui quanuis indignus eius tamen sa cra uestigia. uitam dico aplicam sum professus. Presertim cum nil molestię michi ~~aliquando~~ aliquando intulerint hi contra quos locuturus sum. prop ter quod eis etiam si liceret uicem deberem rependere offensionis. Non me

Vltimo conatuit apertius fauoris humani. ut cui q̃ mortaliũ mihoc aplaudere cruciarem. cuius propositum est non hominibus placere sed deo nec humanas aucupare amicitias sed diuinis mandatis mitendere. Tota igitur mei causa laborus totus conatus tanti ferueris tota audacia tam insolitis operis fuit xpi fidei defendere et ejus sanctissime fidei opprobrium aufferre. ac credentium pusillorũ suorũ propellere scandalum lamentabile. quos tanta dilectionis teneritudine ut non offenderentur aquo q̃ illesos custodiri mandauit. adeo ut quicunq̃ nunc ex pusillis istis qui mihi cum credunt scandalizauerit expediat ei. ut suspendat mola asinaria ad collum ejus. et demergatur in profundum maris. Non q̃ si corpe quicunq̃ peccauerit. eum impunitum deffendere velim. sed solum ne contemptantur astruere. et quoscunq̃ peccantes. comuni omnibus xpi lege castigari debere ut in processu patebit. et ne etiam quis q̃ simplicium ignorantie titulo deceptus. hac peste forte labefactus intereat. et sic fidem suam uertat in scandalum. ut que debuit esse causa salutis eterne fiat ei perditionis occasio Subtilis est enim hostis. et nisi diligenti. ac festino examine ejus uirulenta suggestio diuellatur acorde: facile simplices animas decipit. quas uelut negotio pambulante in tenebris. caligine obstinate perditionis obnubilat. et inuoluit. adeo ut errorem pro salutari consilio conentur defendere. At uero uerba xpi exposita latere adiecta spus et uita sunt sereno animo intuenti. et declaratio sermonum ejus illuminat. et intellectum dat parulis. Accedit aut ad hoc q̃ ipsos. quoq̃ errore auctores salutari suę precipitationis moderatione concepta. in prosperum iter conuertet omnipotens. quia et nobis et illis prosperum iter faciet deus salutarium uiarum. ut sic presumptione reiecta proficiant ad ultam. qui alias forte se precipitasset. in mortem. Vltimo uero superueniens imperialis obedientia adhec pigras ac debiles manus toto conatu neloces esse mandauit. que mi si tantem animum celeri festinatione compulit Nam cum dicta ea que dicta sunt. ut mos predicatoris est secundum subiectam materiam coaptare sermones quedam salutaria. quedam salutaria ad populum declamassem presente pastore protinus idem zelo fidei succensus adiecit. ut quecunq̃ de meo negocio sentirem. in scriptis ordinate redigerem. cui me diu obsecratione humili renitentem. ad hui⁹modi mandato affirmitus compellere placuit. Causa igitur ipsa. charitas. et obedientia. presumptionem meam excusare sufficient que me sic constringunt. et cõmouent. ut et si loqui non deceat. tamen penit⁹ facere non sinant Accedit autem ad hoc. q̃ non propria uerba sed ex lege dei ignita eloquia. uerissima et probata. legentium auribus minime desidero. Supermultis demde declarationis mihi huius. Sanctorũ patrum testimonijs. ex quorũ sententijs. mine inde complicatis. tota huius tractatus contextus texitur et aptatur. Sicut mihi enti liquidum erit aduertere licet

non per singula eorum connotaciones adnexe compareant adeo ut nil in eo proprium scribentis appareat. nisi rudis simplicitas virorum illustrium pollita verba balbuciens. que adhuc prius erit maiorum limanda iudicio. ne error sub ignorantia simplicitatis pertranseat. et si quid boni continet. tali auctoritate firmetur. Unde tanta michi consurgit. ex simplicitate humilis ac vera fiducia quanta ex ipsa negocij apertissima veritate fortis ac indeficiens virtus subintrat. Qua propter legentes quoslibet premoneo et exoro. ne contemplacione imbecillitatis mee. domini verba. ac sanctorum eloquia sacra contempnant. que ab humili servo. pio sunt ac humili oblata servicio. ut ab omnibus conservetur pacienter et leniter charitas animi. honor xpiani collegij. vinculum fidei et concordia fidelium. Nemo igitur perstrepat. aut se vel alium legentem obturbet. si protinus non audierit ea que eius libido deposcit. nec ideo putet neminem hoc opere adiuvari posse. quia ipse forte non adiuvabitur sed potius tanto maiori. ac patienti attentione que sunt dicenda sustineat. ut proprio sapore dulcescat. quanto inveterata multi temporis opinio contraria iam per se radicata perdurat. Ideo enim hic respondendum putavi his qui hec reprehensuri michi videbantur. si eos non ante placassem. ut eos begniuolo amore convincerem. quod si post hec quisque turbatus exiliat. noverit. ex nunc istam culpam. non scribentis esse sed suam. eo quod mendacium preferre voluerit pertinaciter veritati. Deniq; audiat quicunq; talis. quid nr gloriosus pr hieronimus pertinacibus in simili negocio respondeat. in prologo tractatus sui dialogi contra pelagianos ubi ait. Adversum autem eos qui medicunt hoc opus inflamatum invidie fascibus scribere. breviter respondebo nunquam me hereticis pepercisse. et omni egisse studio. ut ecce hostes mei quoque hostes fierent. hec ibi.

¶ Cap. 5. quod una fuit semper est et erit fides omnium credentium et per consequens una catholica ecca. eorum extra quam nemo unquam salvari potuit. aut potest vel poterit.

¶ Sed ante quam exordiar fervido animo michi invocandus est dominus ut pussillis suis iniuriam patientibus subvenire dignetur. et michi inutili servulo eius sitienti et esurienti iusticiam. fontem aque vive salientis. in vitam eternam propinare complaceat. ipse est enim qui facit iusticiam iniuriam pacientibus. et dat escam esurientibus. ps. 149. Pro quibus debite pertractandis. ad mulierem illam fortem primo decrevi confugere sanctam. s. matrem ecclam. quam xpus dilexit et se ipsum traddidit pro ea. ut exhiberet eam sibi gloriosam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi. ad ephe. 5. In qua nos genuit sibi per sanctos aplos suos. ut dr. p. cor. 4. ubi inquit aplus. Nam in xpo ihu per euangelium ego vos genui. Cui etiam nos omnes traddidit nutriendos. Illa vero omnes fideles domesticos suos vestivit duplicibus nulla in eis disparitate notata quer. vlt.

gla .s. et gloria quam eius precibus daturus est dominus. hec facta est nobis
quasi nauis instituis de longe portans panem suum. ut ibidem habetur. De
longe igitur nr̃ apere debemus si ejus ueras semitas intelligere uolumꝰ ut per eas
oīs secuāter ambulemꝰ. et q̃liter ad nr̃i cæm nr̃ejus sanctissima domo conuersari tene
amur intelligere ualeamꝰ. Considerandum ergo q̃ conclusio est nr̃a dubitata omniū
sanctoꝝ doctoꝝ nr̃ sacra scriptura loquentiū. quam signanter deducit. magr
ȝ. senten. di. 25. c. p. et .s. tho. ibidem. et nr̃ questhonibꝰ de ueritate. q. 14. de
fide. ar̃. 12. q̃ una et eadem fuit et est fides antiquoꝝ et modernoꝝ. i. fides
et credulitas eoꝝ qui placuerunt deo. et saluati sunt sub lege nature antq̃
daretur lex scripture et coꝝ qui fuerunt sub lege scripture. et coꝝ simili qui
eodem tempore deo placuerunt. et saluati sunt sub lege nature. ad quos uel
non peruenit tunc temporis lex populi dei. aut si ad eos peruenit non cura
uerunt eandem accipere et obseruare cum ad hoc non obligarentur. dum
tamen eidem non contradicerent et aduersarentur ut nr̃orius habet declara
ri. fides igitur et credulitas. omnium istoꝝ est eadem cum fide et credu
litate omnium fidelium xpianoꝝ. ratio autē huius est. quia fides quecunq̃
sit si uera est. est de deo uero cui credendo innititur. Deus autem est unicus
et simplicissimꝰ. et prima nr̃ falibilis. et sūma et nr̃ uariabilis ueritas et sic neces
est. omnem fidem esse eandem et nr̃ uariabilem apud omnes qui deo credentes
de eo recte sentire debent. et eidem placendo saluari. a primo iusto usq̃
ad ultimum saluandum. et hoc est quod aplus dicat ad. ephe. 4. Unum corpus et
unus spūs sicut uocati estis in una spem uocationis ūre. Unus dominus una
fides. unum baptisma. unus deus et pater omnium. qui est super oīs et
per omnia et in omnibus nobis ex quo simili concludit. q̃ una est uera et
catholica ecc̃a. omnium fidelium antiquoꝝ et modernoꝝ qui saluati sunt et
saluabuntur usq̃ ad ultimum electum, que dicitur ecc̃a. sanctoꝝ ps. 149. sicut
una et eadem est fides et credulitas eoꝝ sine qua impossibile est placere deo ad
hebre. 11. quam tangit simili .s. tho. 3ª. ptc. sume. q: 3. ar̃. 3. Unde noster
glossus pr̃ hieronimꝰ. in epla ad euandrum. et transumptus in sacro canone.
.93. di. c. legimꝰ. sic dicat ad propositum. Nec altera romane urbis ecc̃a, altera
totius orbis existimanda est. et galie. et britanie. et africa. et persis. et orięns.
et media unum xpm adorant unam regulam seruant ueritatis. hec ibi; unde
recte premisit aplus. unum corpus. unus spūs sicut uocati estis. in unam spm
uocationis ūre. Unus dominus. una fides. etc. Cuia ecc̃a hoc modo accepta. nil
est aliud q̃ multitudo aut congregatio omnium fidelium. fide et charitate
coniuncta. ex quibus efficitur unum corpus. mistricum. et unus spūs quasi ex
multis membris unitis. a quo qui separatur non potest uiuere uita gratie
sicut nec membrum abscisum a corpore uiuere potest uita nature. De qua.

Ecc̃a catholica uoce dei omnipotentis. Sibi eandem in uera fide desponsatis dicitur
canti. 6. Vna est columba mea. perfecta mea. vna est matri sue, electa genetrici
sue. Vna dicit̃ pluralitatem non admitens. Columba apellat̃. et perfecta. propter
omnimodam puritatem. Vna est matri sue. i. gratie. qua omis fideles regenerant̃
in ecc̃a. q̃z ut ibidem dicit. glo. mater nr̃a regeneratrix gr̃a est. Aut una est ma
tri sue. i. ecc̃e triumphanti. q̃m seq̃m tanquam matrem. ad. gala. 4. Illa que
sursum est iherusalem. libera est que est mater nr̃a Nam sicut habet̃. 24. q. 1. c. loquit̃
exordium ab unitate proficicitur. ut ecc̃a xpi una monstretur. quam vnam
ecc̃am. in cantico quoq̃ canticorum spus sanctus ex persona xpi ihu domini nr̃i de
signauerat dicens. Vna est columba mea pfecta mea. et una est matri sue elec
ta genitrici sue. hanc Ecc̃e vnitatem et beatus aplus docet. et sacramentum unitatis
ostendit dicens. Vnum corpus. et unus spus. et vna spes uocationis vre. unus
dominus una fides. unum baptisma. vnus deus. Et sequitur infra. Ecc̃a vna
est que in multitudine lacius incremento fecunditatis extenditur quomodo
multi radij sunt sed unum lumen. et rami arboris multi sunt. sed robur
vnum. radice tenaci fundatum. et quom̃ de fonte vno. riui plurimi deflu
unt. et numerositas licet difussa uideatur. exundantis copie largitate
vnitas tamen seruatur in origine, Auelle radium solis a corpore. diuisionem
unitas non capit. ab arbore frange ramum. fructus germinare non poterit
A fonte prescinde riuum prescisus arescet. Sic et ecc̃a. domini. luce pfusa
per totum orbem radios suos porrigit. vnum tamen est q̃ ubiq̃ difundit̃
nec vnitas corporis separatur. Radios suos per vniuersum orbem copia vber
tatis ostendit. perfluentes largitur riuos. lacius expandit ramos vnu
tamē caput est. vna origo. et vna mater. copiose fecunditatis. Adulterari
non potest. Sponsa xpi incorrupta est. et pudica. unam domu nouit vnius
cubiculi sanctitatem. casto pudore custodit. hec. ibi. Et sunt uerba s̃ti. cipriani
epi. Sic igitur concludit̃ vnam semper fuisse ecc̃am. catholicam sicut et fidem
unam. extra quam nullus unq̃ saluari potuit. Vnde gregorius. exponens supra
dicta uerba canticorum sic dicit ad propositum. Mater nr̃a est. regeneratrix
gr̃a. apud q̃m una columba eligitur quia illos solos colligit qui in simplici
tate permanent. et ab vnitate non scindunt̃. Multi quippe fideles. dum in idipsum
intendunt dum uno desiderio xpi se inuicem nutriunt. dum habentes cor vnu
et animam vnam. in caritate se vniciunt. ex multis membris vnum corpus
efficiunt. omnesq̃ in simplicitate uiuentes vna columba existunt. que sola
pfecta et electa dr̃ genitrici. quia extra hanc q̃m dicimus ecc̃am. nemo ad
perfectionem nemo ad uitam peruenit. Intra hac sola gr̃a fouente nutrit̃. hec ille.

¶ Cap. 6m. q̃ sine fide mediatoris dei et hominu ihu xpi nullus unq̃ potuit
uel poterit saluari. et q̃ ipse est caput huius s̃te. matris ecc̃e. catholice.
quam sibi proprio sanguine adquisiuit sanctificauit. et perfecit.

¶ Predictis addiçendum est secundū quod tradunt sacri doctores q̄ post lapsum primi hominis nullus saluari potuit absq; fide mediatoris dei et hominum ihū xpi dominiq̄ quia necesse erat uniuersū credere explicite uel implicite ut ps̄ius habet declarari m̄ eum perquem reddimi et liberari debebat et hoc uel pesse fuisset adultus uel aluis pro eo si esset paruulus. Sed post lapsum primi hominis nullus potuit liberari nisi per xpi misteria et merita et ejus sacratissimam passionem. quia cum diabolus hominem superauit ad peccatum eum inducendo. Statim ejus seruituti addictus est homo miser cum omni sua posteritate. Nam qui facit peccatum seruus est peccati ut habetur Jo. 8. et 2ª. petri. 2. dist.ª a quo quis superatus est. ejus q̄nus est. a qua seruitute xp̄us nos redemit. per suam gloriosissimam passionem. m̄ qua abū dantissime satisfecit pro omnibus nobis. pro quibus dignissimam uitam. suam ex mmia charitate. m̄ mortem exposuit. que erat uita dei et hominis. et ideo precio m̄ extimabili nos redemit ut dr̄. 1ª. pe. 1º. Scientes q̄ non corruptibilibus auro. uel argento redempti estis de uana ura conuersatione paterne traditionis. sed pretioso sanguine. quasi agni m̄ maculati ihu xpi. et m̄ contaminati. preogniti quidē ante constitutionem mundi. manifestati aut m̄ nouissimis temporibus. etc.

Nec solum hoc de presentibus. aut suam sacratissimam passionem. sic sequentibus dictum est. Sed etiam de omnibus ab initio mundi. usq; ad ejus finem saluandis et hoc propter excellentiam. et dignitatem. sue altissimi uirtutis. ut dr̄. 1ª. Jo. 2º. aduocatum habemus apud patrem ihum xpum iustum. et ipse est propitiatio pro peccatis nr̄is. non pro nostris aut tantum. sed pro totius mundi. Quod aptissime prophetatum fuit. y Saie. 42. pertotum cap̄. m̄q̄ tam clarissime est reuelatum q̄ magis uidetur euangelium q̄z prophetia de futuro. ubi mitur alia dr̄. Omnes nos quasi oues errauimus. unusquisq; m̄ uiam suam declinauit. et dominus posuit m̄ eo iniquitates omnium nr̄um. Nunc igitur ad propositum. Cum gratia et ueritas per ihum xp̄m facta sit. Jo. 1º. et per ejus merita. omnes homines liberentur necesse est omnes qui saluati sunt et saluari debent. membra xpi efficiai et eidem m̄ corporari. quia merita ejus non se extendunt. nisi ad eos qui efficiunt ejus membra et copulantur eidem. hoc aut̄ fit per ueram ejus fidem. Igitur concludendo. impossibile est ab initio mundi. aliquem unq̄m saluari. qui de xpo alq̄ modo fidem ueram non habuerit. nec aliud nomē est sub cło datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. ut dr̄. actuū. 4º. Unde merito. m̄ supern̄ ductus precedentis capli auctoritate beatus apostol. de catholica ecc̄a saluandorum omnium conclusit. Sponsa xpi m̄ corrupta est et pudica unam domum nouit unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Est aut hec domus et hoc cubiculum xpi. quod ecc̄a 5ª. custodit. cuius uera fides et credulitas sue altissimi incarnationis. m̄q̄ sibi eam desponsauit. et acquisiuit per suam sacratissimam passionem. osee. 2. c. Sponsabo te mihi m̄ fide et scies quia ego dominus. per quam quidem fidem et passionem. saluati sunt omnes electi ab initio mundi et saluabuntur. usq; ad ejus finem. unde actuum. 15. cap̄. Beatus petrus. apl̄or̄ princeps. et caput loquens de antiquis pribus

Qui precesserunt usq; ad illud tempus dicit. Per gratiam domini nostri ihesu xpi credimus
nos saluari sicut et illi .s. patres ueteris testamenti unde. de habraam. dr. gene.
15. cap. antequam data esset lex aut circunscisio. Credidit habraam deo. et repu
tatum est illi ad iusticiam. ex quo patet quod non fuit iustificatus ex circunsicione
aut ex lege sed ex fide ihesu xpi, que circuncisionem et legem precessit. secundum
quod lacius declarat. aplus ad. ro. 4. c. Et hoc est quod. magi. 3. senten. di. 25.
determinat et concludit dicens. nullum hominem saluari potuisse. ante aduen
tum xpi uel post. sine fide mediatoris ihesu xpi. ubi ad hoc plures autoritates sanc
torum inducit. de quibus unam. beati augustini. ad optatum Epum. sufficiat
hic possuisse in qua dr. Illa sana fides est. qua credimus nullum hominem
siue maioris siue parue etatis. liberari. a contagione mortis. et obligatione pecati
quod prima natiuitate contraxit. nisi per unum mediatorem. dei et hominum xpum
ihum. cuius hominis eiusdemq; dei saluberrima fide. etiam illi iusti salui fac
ti sunt. qui priusquam ueniret in carnem. crediderunt in carnem uenturum. eadem
enim fides est. et nra et illorum. pro inde cum omnis iusti sine ante incarnationem
siue post. nec uixerint. nec uiuant. nisi ex fide incarnationis xpi. profecto quod
scriptum est non esse aliud nomen sub cello in quo oporteat saluari nos. ex illo tem
pore ualet ad saluandum genus humanum. ex quo in adam uitiatum est. hec. ille.
Ex quibus rectissime concluditur cum sacris doctoribus. quod xpus est caput ecce.
in omnibus saluatis et saluandis. ab initio mundi. habens uirtutem et potestate
influendi super illos omnes. et eos in uita gratie conseruandi. et in hereditatem in
contaminatam et incorruptibilem introducendi. sicut a capite naturali uegetantur
membra corporis animalis. et conseruantur. in esse nature. quam clusionem
adducit. s. Tho. 3. pte. sume. q. 8. ar. 3. Et hoc est quod dicit aplus ad
ephe. 1. c. loquens de xpo gloriosissimo redemptore nro. Omnia inquit sub
iecit sub pedibus eius. et ipsum dedit caput super omnem ecclam. que est corpus
ipsius et plenitudo eius. que oia in omnibus adimpletur. hanc aut tunicam
fidelium. Uniuersalem. sanctam ecclam. xpus sibi proprio sanguine. adquisi
uit sanctificauit et perfecit. ut dicit idem aplus ad ephe. 5. Christus di
lexit ecclam. et se ipsum traddidit pro ea. ut illam sanctificaret. mundans
lauacro aque in uerbo uite. ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclam. non ha
bentem maculam. aut rugam aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta et in
maculata. unde et de patribus antiquis. concludit. s. tho. 3. pte. sume.
q. 8. arti. 3. in responsione ad ultimum argumentum dicens quod dicti pa
tres seruando legalia sacramenta ferebantur in xpum per fidem et dilec
tionem. qua et nos in ipsum ferimur. et ideo patres antiqui pertinebant
ad illud corpus ecce. ad quos nos pertinemus. et sic per consequens. idem
caput habebant xpum sicut et nos habemus. Imo etiam angeli omnes
ceterique spus beati. caput habent xpum ihum nrum gloriosissimum redemp
torem. sicut aplus loquens de eo dicit. ad colo. 2. c. Qui est caput

omnis principatus et potestatis secundum quod sanctus Tho. in dicta parte et q. ar. 4. largius declarat et deducit concludens cum apto. ad ephe. p. c. Constituens eum s. deus pater xpum ad dexteram suam in celestibus supra omnem principatum et potestatem. et uirtutem et dominationem. et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro et omnia subiecit sub pedibus eius. et ipsum dedit caput sup omnem ecc.am que est corpus ipsius et plenitudo eius. qui omnia in omnibus adimpletur. ista uero sanctificatio puritas et perfectio qua xpus sine macula et sine ruga gloriossam sibi exhibuit ecc.am ut hic dicit aplus est omnimoda perfectio gratie. et totalis unionis fidelium. ad inuicem. et aliarum rerum ad hoc pertinentium secundum quod est conueniens ecc.e. Imo et posibile dixerim sibi. dum adhuc in hac uita peregrinatur et ambulat per fidem. cui nullus iam alius perfectior status sucedere debet. dum mundus durauerit. De qua perfectione excellentia et puritate proprijssime uidentur intelligi ea que adducta sunt in c. precedenti. Nam ante aduentum. xpi. licet sanctorum ecc.a esset in gra sine qua deo placere non poterat. hoc tamen erat sub spe xpi uenturi in cuius aduentu reddimi. et perfici debebat. respectu cuius dicebatur rationabiliter in perfecta ut inferius patebit. ad hoc enim ad presens mea laborat intencio. ut differentiam status ecc.e et suorum fidelium clare ostendere possim. s. illorum qui precesserunt xpm et eorum qui secuti sunt eum. ut manifestius appareat qua perfectione omnes sumus uniti per xpm. et qua pollitia et lege debeamus nunc uiuere. Ideo legentes exoro ne habeant ad molestum. si in his aliquantulum moram contraxero. nam non enim superuacue ut michi uidetur illis intendo. quia ex his debite declaratis in maxima parte dilucidabitur hoc negocium:—

¶ Cap. 7.m quod in duobus consistit perfectio ecc.e catholice. ad xpm. s. in uera interiori fide de eo. et in cultu exterioris sacrificij. et quod hec duo fuerunt neccesaria omni tempore cuilibet qui saluari debuit:—

¶ Comparatur aut status s.te matris ecc.e in sacra scriptura uinee que paulatim plantatur et crescit. Unde Esaias. c. 5. dicit. Uinea fuit dilecto meo. et ibidem subdit. Uinea domini exercituum domus israel est. Quemadmodum enim uinea non statim tota plantatur. sed successiue. nec protinus in perfectionem assurgit ut desideratos uberes fructus afferat. sed sucedente tempore peruenit ad cumulum sue perfectionis dum excollitur et preparatur ab eo qui plantauit illam. sic sancta mater ecc.a plantata est. dextera omnipotentis dei. non tam statim in maxima hominum multitudine. sed in paucis fidelibus. nec protinus deuenit in suam perfectionem ultimam. sed paulatim et successiue creuit quousque plenitudo temporis aduenit. quando missit deus filium suum. etc. ut habetur ad. gala. 4. et ipse eam excollens et purificans. in sua totali perfectione redegit. Plantacio aut hec sancte matris ecc.e in fidelibus suis duo requirebat. que fuerunt omni tempore neccesaria in quolibet. qui saluari debebat. s. fidem. et sacrificium. fides autem

est interior credulitas de deo uero qui est principium nre creationis et finis nre bea
titudinis. Sine qua fide impossibile est placere deo. ut habetur ad hebre. 11. Et hec
fides de xpo fuit semper necessaria in omni homine saluando. ut statim decla
rabit sequenti. c. Sacrificium uero est. quedam protestacio. illius interioris fidei
facta in aliqua exteriori oblatione exhibita deo in reuerentiam cultum et hono
rem. protestantem eum esse suum creatorem. et finem ultimum sue beatitudinis
quod quidem sacrificium soli deo offerri debet. Sicut et fides est de solo deo ut de
clarat. s. tho. 2. 2. q. 85. ar. 2. Nam sicut idem. s. tus doctor dicit. in suma. contra
gentiles. li. 3. c. 113. genuflexiones prostrationes et alia huiusmodi honoris indicia et
hominibus exhiberi possunt licet alia intencione quam deo. Sacrificium uero nullus
offerendum censuit alicui nisi deo uero. aut quem dominum existimauit. uel ex
istimare se finxit. hoc idem uult beatus Aug. decimo. de ciuita. dei. c. 4. ubi
inter alia sic dicit. Nam ut alia nunc taceam que pertinent ad religionis obse
quium quo colitur deus. Sacrificium certe nullus hominum est qui audeat dicere
deberi nisi deo. Multa denique usurpata sunt de cultu diuino. que honoribus
deferuntur humanis. Sine humilitate nimia. Sine adulacione pestifera. ita
tamen. ut quibus ea deferrentur homines haberentur. qui dicuntur colendi. et uene
randi. Si autem multum eis additur et adorandi, Quis enim sacrificandum
censuit nisi ei quem deum aut sciuit aut putauit aut finxit? Quam porro anti
quus sit in sacrificando dei cultus. duo illi fratres cain et abel. satis indi
cant. quorum maioris deus reprobauit sacrificium. munus minoris aspexit
hec. ibi. Quia ergo inter alia exteriora solum sacrificium pertinet ad domi
num uerum. ideo demones fallaces et superbi. magna astucia et auiditate
hec sacrificia a suis cultoribus deposcebant. non quod gauderent cadauerum in dori
bus. sed diuinis honoribus. ut eodem. li. dicit Beatus Aug. c. 19. Angeli uero
boni econtra nunquam sibi hec postulasse leguntur nec aceptasse. etiam siquis sibi
talia uellet offerre. scientes esse debita soli deo. cui uerissime subsunt. nec eius
cultum usurpare contendunt imo potius nobis deo offerentibus. illa presto assunt
coadiuuant. et administrant. Dicit aut cultum dei in sacrificando esse anti
quum. quod ex illis duobus primis fratribus probat. quod ideo est. quia cum fide
incepit in membris ecce. adeo ut quam antiqua est fides tam antiquum etiam sit sa
crificium. cum sit de lege nature. sine quibus nullus unquam saluari potuit. non
enim sola fides sufficiebat in adultis uiuentibus lege nature. ad eorum iustificacio
nem. ut s. tus Tho. innuit. in pluribus locis. et speciali in. 4. senten. di. 1. p. in fine
Sed erat etiam necessaria huiusmodi protestatio in exteriori sacrificio. unde sic conclu
dit. 2. 2. q. 85. ar. 4. quod omnes tenebantur et tenentur ad illud. Et ar. 2. dicit
quod offerre sacrificium deo fuit semper omni tempore de lege nature sicut largius
declarat ibi. et quod licet adam. et ysaac non legantur deo sacrificasse tamen absque
aliqua dubitatione tenendum est. quod eidem sacrificauerunt. licet scriptura hoc illis
non expressit propter aliquas rationabiles causas quas ibi quisquis uolet reperiet

Vnde etiam S.tus Thomas 2.a 2.e q. 2. ar.o 7. concludit quod etiam ante legem et sub lege fuerunt sacrificia quedam a cultoribus illius temporis oblata. quibus passio xpi venturi prefigurabatur. quorum quidem sacrificiorum significatum explicite agnocebant maiores. minores aut sub uellamine illorum credentes ea diuinitus esse disposita de xpo venturo quodam modo fidem uelatam habebant. et sic sacrificium ipsum statim ab exordio incepit cum fide et cum ea creuit. et cum ea usque in finem durabit sicut patebit inferius:—

¶ Captum 8.m quod licet hec duo que dicta sunt. s. credulitas fidei et cultus. sacrificij. quantum ad substantiam fuerunt semper eadem in omnibus fidelibus. tempore legis nature. et legis scripture. et tempore legis gratie. non tamen quantum ad eorum explicacionem. et quantitatem. et ostenditur qualia fuerunt tempore legis nature:—

¶ Considerandum aut post hoc quod fidei credulitas et cultus sacrificij que nunc dicta sunt fuisse semper necessaria ad salutem omni credenti. non equati fuerunt in omnibus qui saluati sunt ab initio mundi. sed aliter habuerunt ea uiuentes lege nature et aliter uiuentes lege scripture. et aliter habentur a fidelibus tempore gratie legis. Semper tamen sunt in omnibus illa et eadem imo et in quolibet horum statuum fuit magna diferentia in his que dicta sunt unius hominis ad alterum Nam tempore legis nature erant hec duo a fidelibus comprehensa et habita in quadam gnali comunitate. Tempore uero legis scripture figurabantur et apparebat clarius explicata licet sub quodam uelamine, et figurarum obscuritate. tempore uero legis gre. apertissime declarata et manifestata sunt per xpm in sua totali perfectione et luciditate. Et hoc totum ordinatissime sic factum est secundum inefabile consilium diuine sapientie. que attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter ut habetur sapie. 8. Ideo tantum ac taliter cuilibet reuelauit quantum sibi sufficere potuit pro suo tempore ad salutem. Nam ut habetur p.a corin. 12. Vnicuique datur manifestacio spus ad utilitatem. s. comunem. Sed illud primum seculum erat rude nec poterat utiliter subtilia et maiora capere precipue cum multum ab aduentu xpi distaret. per cuius accesum successiue debebat illuminari. ideo grosse et in quadam comunitate sibi deus inspirauit. fidelibus illius temporis dico. quicunque essent illi. ea que sibi necessaria erant ad salutem. habens se ad modum magni magistri. Qui licet in se sufficientissimus sit omnem scienciam subtillissime docere. comformat. tn. se capacitati addiscentium tantum ac taliter eis prodens et manifestans quantum sibi sufficere cognoscit procedens semper ab imperfecto. ad perfectum. et hoc uerum est quantum ad comunem illius temporis statum de quo nunc agimus et intendimus. Quibusdam tamen Euangelicis uiris. sicut abraam. ysaac. et Jacob. suis patriarchis et amicis. et quibusdam alijs. altiorem et clariorem fidei reuelationem ostendit. eosque quantum ad credenda clarius illuminauit. et plenius. instruxit. circa agenda et operanda. perfectiusque edocuit quantum ad futura

que de xpo erant complenda misteria. fides aut eorum qui comuni statu in lege
saluati sunt. talis fuit ut s. tho. declarat. 2a. 2e. q. 1. ar. 7. quod scilicet credebant
in suma hec duo. vz. deum esse. et eundem habere prouidentiam circa hominum
salutem. quia hec erant semper necessaria omni credenti. ut declarat aplus ad
hebre. 11. dicens. Accedentem ad dominum oportet credere quod est. s. uerus deus
quantum ad primum. et quod inquirentibus se remunerator sit. s. prouidentiam hns
de eorum actibus et eterna salute, quantum ad secundum. In quibus quidem gnlr et im
plicite tota nra fides comprehenditur in substantia. sicut in quibusdam prin
cipijs gnlibus. sciarum. implicite et virtualiter. comprehenduntur reliqua omnia que
multiplicatis conclusionibus. magno labore explicite postmodum deducuntur
ex eisdem principijs. Nam in hoc quod est esse dm. includuntur omnia que credi
mus. in deo eternaliter existere. in quibus nra beatitudo consistit. Vt quod deus est
trinus et vnus et cetera similia. In fide aut diuine prouidentie includuntur
ea que temporaliter dispensantur ad hominum salutem. que sunt uia in beatitudinem
sicut misterium incarnationis. et cetera alia que ex eo dependent ordinata ad nram
salutem. et sic per consequens in his duobus predictis. includitur integra et ue
rissima fides ihu xpi nri gloriosissimi redemptoris. de qua superius dictum est
quod sine ea nunquam quisquam saluari potuit. Nam ille est deus eternaliter. et omnipotens cum
ceteris que ei ab eterno conueniunt. et hoc illi credebant dum crederent in deum verum
qui erat ipse absque dubio. Ille quoque est homo ex tempore incarnatus ut homines
liberaret et in beatitudinem adduceret. et hoc similiter illi credebant. dum eius pro
uidentiam circa salutem hominum. confitentur et crederent. In qua quidem prouidentia
hoc uerissime et potissime includebatur. Ex his igitur uelut ex duabus radicibus
tota nra catholica fides dependet. in qua articulos nre credulitatis diuidimus.
in duas partes. s. in septem articulos diuinitatis. et septem humanitatis. quam
similiter fidem. petrus plenissime conffessus est. in his duobus. mt. 16. dicens. tu es
xpus filius dei uiui. in eo enim quod dixit. tu es xpus. inclussit et significauit
omnia ad eius humanitatem. et incarnationis misterium pertinentia. in hoc aut quod
dixit. filius dei viui confessus est. eius diuinitatem. et cetera huius modi concer
nentia. Et ideo in Petri solidissima fidei confessione xpus totam suam funda
uit ecclam. ut statim subiungit dicens. Super hanc petram edificabo ecclam meam
.1. super hanc petram confessionis tue etc. Vt exponit. s. tho. 2a. 2e. q. 174. art. 6.
Et sic clarissime patet. eandem esse fidem illorum et nostram. licet non ita explici
tam. et apertam ut in discursu patebit. Sacrifficium aut illorum sicut et fides
erat similiter quodam modo generale et confusum. cum non tenerentur ad illud ex
mandato. aliquo positiuo. quo artarentur ad certam rem et modum sacrificandi
cum ceteris circunstantijs ut inquit. s. tho. sed solum tenebantur ex dictamine
legis nature. ideo unus frequentius alius rarius et alius forte rarissime sacrifi
cabat. et unus in quodam loco alter in alio. et vnus offerebat sacrificium in qui
busdam rebus alter in alijs. et vnus in vno tempore alius in alio et sic de ceteris
circunstacijs ocurrentibus in sacrificijs. que quam in infinitum possent diuersificari
in quibus non tenebantur omnes esse conformes. Ratio aut huius est quia

Licet offerre Sacrificium deo esset de dictamine legis nature. quam omis illi saluandi tenebant. ut ueram fidem unius ueri dei profiterentur. in signum interioris sacrificij s. spus Contribulati. quod est ideo uerissimum Sacrificium. quod et illi ei in suis cordibus offerebant non tamen tenebantur ad illud nisi dictante consciencia recta fide informata. Poterat tamen illis diuersimode dictare consciencia in oferendis sacrificijs quantum ad numerum et locum. tempus et modum. et quantum ad res de quibus debebant offerre illud. Et hoc sufficiebat unicuiq; ad salutem. q dictamen conscientie. in hac parte obseruaret. dum tamen esset secundum condecentiam ad eos inter quos habitabat. Veruntamen. et in illo statu nature fuit aliquod Sacrificium in quo expresissime figurabatur. inefabile nri altissimi Sacrificij Sacramentum et illud fuit Sacrificium melchisedech qui erat Sacerdos dei altissimi. offerens panem et uinum. ut habet. Gene. 14. eo quod eodem tempore ante datam legem deus aptissime uoluit pmittere redemptorem. ex semine abrae dicens ei. In semine tuo benedicent omnes gentes terre. ut habet. gene. 26. cuius Sacrificium. tunc in ordine sacrificij melchisedech. placuit figurare. ut habet. ps. 109. Tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Secundum q etiam larguis declarat aplus. ad hebre. c. 6. et 7. licet post modum pluribus alijs sacrificijs. illud quantum ad aliquid expressius figurauerit. Sicut et ipsum redemptorem pluries et quantum ad aliquid apertius repromisit.

¶ Cap. 9. q in statu legis scripture fuerunt homines in fide clarius illuminati et p consequens ad specialia sacrificia cum pluribus circumstancijs determinate obligati secundum correspondentiam interioris fidei in qua iam erant magis pfecti:—

¶ Dictum est aut nunc in processu fidei esse quodam modo eumdem ordinem qui est in scientijs ut scilicet quedam uirtualr includant in alijs uelut in quibusdam generalibus principijs. ut de his que nos fide catholica confitemur per respectum ad fidem illorum lege nature uiuentium. nunc aliqualr patuit. In principijs tamen et in Conclusionibus scientiarum est differentia. quia quedam sunt ita prima[T] quod non habent ante se alia a quibus dependeant. Vt est. hoc. s. impossibile est simul affirmare et negare. ut habet. ab Aristotele. 4. metafi. Aut ut comunius dicitur de quolt esse uel non esse, et de nullo simul ambo. Alia aut sunt que licet sint comunia principia habent tamen super se alia comuniora ex quibus possunt deduci per modum conclusionum. respectu quorum ista secunda dicuntur minus comunia et magis specificata. Per respectum tamen ad diuersas particulares conclusiones que ex eis possunt deduci et probari dicuntur esse generalia et magis comunia et minus specificata. Sic aut est in his duobus generalibus. s. dm. esse et prouidentiam circa hominum salutem. habere. in quibus saluabantur uiuentes lege nature quia hec ita sunt comunia quod supra ea non est aliquid comunius in fide quod alicui sufficeret ad salutem. non credendo ista duo explicite. Et similr

[T] et comunissima principia.

m̃ sacrificijs illuis temporis ꝺ̃ non habebat alius modus cõmunior et minus determinatus. ad deo sacrificandum q̃ erat ille ductus. vt scilicet illo dimisso posset aliquis quocunq; alio modo cõmunioni muento deo sacrificare m̃ cultu sibi debito. fuit tamẽ alius status hominum sub uera fide uiuentium. illo superiori clarius m̃ quo eaque credenda erant magis specificata habebantur. et aperiori demonstratione clarebant. Omnia tamẽ ex illis duobus. uerissime dependebant iste aũt fuit status ueteris testam̃. m̃ quo omnipotens deus Judeis se manifestauit apertius. quos ex semine patrum n̄rorum. abraam. ysaac. et Jacob. specialiter elegit. quibus et legem et cerimonias dedit. et abeis specialiter cultu sacrificioꝝ se colimandauit. quibus se esse vnum uerum dominum qui ex nichilo cuncta creauit ostendit. et cetera huiusmodi que uidentur primum illum generalem Articulum. s. deum esse concernere. quibus similit̃. prouidentiam d̃ca hominũ salutem. habebat quibusdam politicationibꝰ. figuris et prophetijs reuelare dignatus est. Videlicet incarnationem vnigeniti filij sui dñi n̄ri ihũ x̃pi. et cetera que ex hoc sacratissimo misterio dependent. que omnia sunt multum clariora et magis specificata q̃ eaque dicta sunt de fide m̃ lege nature uiuentium nam illi. solum credebant. esse unũ dñm. omnipotentem cui omnia subdebantur. qui et saluti hominum prouidebat ordine congruenti tamen sibi soli cognito. Qualiter aũt. celum et terram creauerat. et quo ordine eaque m̃ eis sunt distincta erat et quomodo primos illos nros parentes de limo terre formauerat. et cetera alia nescibant prout m̃ principio geneseos particulari ordine referuntur. Quath ẽtiam homines saluare debebat eis x̃pum redemptorem mittendo. et cetera que ex hoc dependent penitus ignorabant que tamen omnia Judeis reuelata sunt licet m̃ figuris. ut patebit. Similit̃ etiam Sacrificia Judeoꝝ erant magis specificata. sicut et fides eoꝝ quam protestabantur per illa. quia cultum et reuerentiam uero dei. quodam alio speciali modo demonstrabant et prouidentiam ejus circa salutem hominum. clarius prefigurabant quia promissum redemptorem omnia licet diuersimode figurabant. Ideo non licebat cuilibet prosuo libitu. sacrificare. sed certo tempore. et m̃ determinato loco et de certis rebus hoc debebant agere cum alijs adiectis circunstancijs determinatis alege. sicut patet per libri leuitici discursum quasi per totum specialit̃ tamen. a principio libri usq; ad. 17. c̃. exclusiue. Propterquod cum m̃ alijs populis gentiũ deus multos fideles haberet viuentes lege nature ut inferius patebit. hunc m̃. Judeoꝝ populum specialit̃ per prophetam exhibit quod se ei m̃tor omnes alias nationes specialissime reuelauerit dicens. Non fecit taliter omni nationi. et judicia sua non manifestauit eis ps. 147. Per respectum tamẽ ad claritatem fidei et excellentiam sacrificij noui testam̃ hec oppositio ordine se habent

Nam velut quedam generalia et comuna sunt immo comuniora et magis
inuoluta et obscura quam erant ea que dicta sunt esse tempore legis nature per
respectum ad illa. Licet enim clariorem fidei reuelacionem haberent de deo
uero. non tamen explicite crediderunt eum esse trinum et unum. Saltem
quantum ad comunem eorum statum de quo nunc loquor. Ista tamen. in eis.
que ipsi credebant implicita erant. et inclusa cum pertineant ad fidem unius
ueri dei quam ipsi tenebant. que omnia xpus nobis manifestare debebat. Similiter
et de prouidencia dei circa hominum salutem est dicendum. quod licet illa clariori
lumine precognoscerent. expectantes promissum redemptorem. nondum tamen eam
ad plenum ymo nec semi plene potuerunt intelligere. Sicut eam cognouit ecclesia tem
pore gratie. Sed in fide redemptionis humane implicite credebant. xpi incarnacio
nem et eius sacratissimam pasionem. et alia huiusmodi. cum in ea hec uerissi
me continerentur ut declarat. s. tho. 2a. 2e. q. 1. ar. 7. Ratio autem huius est quia
quanto distabant. a tempore xpi. in quo ista omnia manifestari et compleri
debebant tanto magis inde terminato modo illa cognoscebant. Sicut cum rem
aliquam alonge uidemus. non eam determinate conspicimus. Sed sub quodam
confusso aut comuni. et sic isti. uidebant quidem per fidem misterium
redemptionis humane et cetera que per illum debebant compleri. Sed quia
adhuc. et tempore et statu. ab eo multum distabant. ideo illud uidebant
obscure. et uelut in quadam comunitate. et hoc est quod aplus dicit. ad hebre.
.11. loquens de patribus ueteris legis. ubi dicit. Iuxta fidem defuncti sunt
isti. non aceptis repromissionibus. Sed alonge eas respicientes. Notanter autem
dicitur ab aplo quod patres ueteris testamenti. defuncti sunt iuxta fidem. i. adhe
rentes fidei ut dicit glosa. Unde de tempore xpi. dicit aplus. ad. gala. 3. at
ubi uenit fides. i. postquam reuelata est fides. que antea oculta erat. antiquis
sicut ibi. glo. subiungit. Et sic fides antiquorum dicitur fides. et non fides
fides quidem quantum ad substanciam. quia ut dictum est erat una et
eadem cum nra. non fides autem. quantum ad explicationem. et integram re
uellacionem que nobis facta est per xpum. cum quo aplus dicit nobis ad
uenisse fidem. Unde cum in allegata autoritate dixisset. Iuxta fidem
defuncti sunt isti non aceptis repromissionibus sed alonge eas respicientes
statim subiungit. Salutantes scilicet eas. et confitentes. quia aduene et
peregrini sunt super terram. Ubi ut sacri doctores exponunt. loquitur ad
similitudinem nautarum qui existentes in mare, alonge uidentes portum
gaudent et salutant illum. et morantes in eo. Sic patres ueteris testamenti
uidentes alonge promissionem et implectionem misterij xpi gaudebant
propter quod dixit xpus. Jo. 8. Abraam pater vr exultauit ut uideret
aduentum meum uidit et gauisus est. Et quia longe erant a tempore
xpi ideo confitebantur se esse aduenas et peregrinos. gene. 23. dixit

Abbraam aduena et peregrinus sum etc, et. Jacob. gene. 47. dies peregrinatio
nis mee etc et sic. patet obscuritas et inuolutio status illius ueteris testa
menti quantum ad fidem. respectu claritatis et reuelacionis eiusdem. in sta
tu euangelico. que nobis per xpum incarnatum peruenit. ut infra magis pa
tebit. Que obscuritas et inuolucio peruenebat. propter remotionem et distan
tiam a tempore xpi. perquem illuminari et plenissime reuelari debebat
Vnde recte in prefata autoritate. ad. gala. 3. premissit aplus prius antequam ue
niret fides. s. xpi sub lege. s. ueteri custodiebamur conclusi in eam fidem que reue
landa erat. s. per xpum De sacrificijs uero illius temporis. hoc idem
clarissime patet. quod erant et multum confussa et inuoluta sicut et fides quam
protestabantur. per illa respectu purissimi sacrificij. Sancte matris ecce tempore
gratie quod sue clarissime fidei correspondet. de quo in feruis deo dante
explicabitur larguis:

¶ Cap. 10. quod iste solus Judeorum conuentus ante xpi aduentum
inter omnes alias nationes fuit uerus dei populus electus ab eo in quo
erat uera ecclesia omnium fidelium ubicunque pro tunc morarentur

¶ Considerandum autem post hec quod ante xpi aduentum populus ille Judaicus fuit
solus uerus populus dei electus ex quo recta et ordinata respublica constituta est. Nam
secundum quod uult beatus aug. 2. de ciuita. dei. c. 22. respublica nil aliud est quam res po
puli. populus uero est. non omnis cetus multitudinis. Sed cetus iuris consensu et vtili
tatis comunione sotiatus. Quam difinitionem adducit ex uerbis Ciceronis. in libris
de respublica. ex qua idem beatus Aug. li. 19. c. 21. concludit. quod respublica romanorum aut
quecunque similis. dedita. cultui idolorum nunquam fuit uere respublica. nec talis cetus
hominum. uere populus apellari debuit. Sed alia qualiscunque multitudo que populi
nomine digna non erat. Ratio autem eius est. quia non potest. esse aliquod ius ubi
uera iusticia non est et per consequens. nec populus dici potest. ubi deficit ius quia
populus est. cetus iuris consensu sotiatus. et sic nec respublica appellari debuit ubi uerus
populus non fuit. Justicia porro inquit ille. ea uirtus est. que sua cuique tribuit
Que igitur iusticia est hominis. que ipsum hominem deo uero tollit. et in mundis demonibus
subdit. hoc eine est cuique distribuere sua? An qui fundum aufert ei a quo emptus
est et traddit ei qui nil habet in eo iuris. iniustus est? Quasi dicat. Non. Sed in
iustus. et magis quam alius qui fundum uero domino abstulit. ex quibus conclu
ditur solum Judaicum populum temporibus illis fuisse uerum dei populum. quando
ceteri idolatrie seruiebant. non dico homines sed populi. Ille uero. soli deo uero
famulabatur et obediebat. et per consequens illius popopuli erat respublica uera quia
erat ordinata et gubernabatur legibus regulatis a lege diuina. et eius inefabili
sapiencia perquam reges regnant. et legum conditores iusta decernunt. ut habetur
prouerbiorum octauo. Vnde. in. 2. li. allegato iam. c. 22. concludit Beatus Aug.
dicens. In ea certe ciuitate est uera iusticia de qua scriptura sancta dicit Gloriosa

dicta sunt

Et qui seipsum aufert dominanti deo a quo factus est. et malignis fuit spiritibus iustus est.

dicta sunt de te ciuitas dei. Hec aut dei ciuitas est. Sancta mater Ecc^a cuius pars quedam iam in celis gloriosa triumphat altera uero adhuc peregrinatur in terris. cuius
tipum et similitudinem. mater illa sinagoga. in omnibus suis misterijs et
officijs. antiquitus figurauit. Sicut et nunc militans. Sancta mater Ecc^a figu
rat triumphantem in gloria et ad eius exemplar quantum posibile est se com
ponit. et hordinat. ut habetur in sacro canone. di. 89. ad hoc dispositionis
prouisio. in fine. Vnde relinquitur concludendum. quod illa erat tunc temporis
populus. respu^ca et Ecc^a fidelium ad quam pertinebant. et cuius membra
erant omnes illi quicunque in alijs populis seruiebant deo uiuentes lege nature
licet non obligarentur eius cerimonias et ritus speciales obseruare. dum sa
men ei non aduersarentur et repugnarent quia alias. si ei contradicerent
et eamdem impugnarent. Imo etiam si eam non uenerarentur et amarent
cum ad eorum noticiam uenirent. Iam eo ipso a statu salutis discederent. ut
inferius habet declarari. Ratio aut. quare. ad eam uelut eius membra per
tinebant. est. quia ibi erat fides clara et aperta. et dei cultus sufficientissime
ordinatus prout illi statui pertinebat. in quo pro tunc in fide uenturi licet uela
ta figuris congregata erat Ecc^a. Quam fidem et dei cultum licet occultiori modo
ipsi etiam profitebantur. et tenebant. quia alias saluari non poterant et sic erant
eius fideles et membra. / de spiali. aut huius populi ueteris sinagoge electione
qua omnipotens deus eundem sibi in ppl^m peculiarem appropriare uoluit. et ei se apertius
reuelare ut esset lux ceteris gentibus. in laudem et gloriam nominis sui propter
quod eum tantum uoluit magnificare. Et quia idem populus eius legi et cerimo
nijs uoluntarie se subiungit scribitur his uerbis. deutero. 26. c. ubi dr hodie
dns deus tuus precepit tibi. ut facias mandata atque iudicia. et custodias et impleas
ex toto corde tuo. et tota anima tua. Deum elegisti hodie. ut sit tibi deus et
ambules in uijs eius et custodias ex toto corde cerimonias illius. et mandata atque
iudicia. et obedias eius imperio. En deus elexit te hodie ut sis ei populus pe
culiaris sicut locutus est tibi et custodias ola precepta eius. et faciet te excelsiorem
cunctis gentibus quas creauit in laudem et nomen et gloriam suam ut sis pplus
sanctus domini dei tui sicut locutus est. Et similiter. de eius sanctissima lege
quam eis traddidit. que in sacra scriptura testamentum nuncupari consueuit. in qua
Vere fidei credulitas et cultus continebatur expresse. dr. ps. 88. Dispossui
testamentum electis meis. De altitudine uero. et excellencia huius sancti testamenti
dei quod eis speciali tradidit. propter quam ceteri homines in admirationem uerti
deberent. cum eam cognoscerent. habetur. deute. 4. c. ubi dr. Hec est enim
Vestra sapientia et intellectus coram omnibus populis. ut audientes Vniuersi
precepta hec dicant. En populus sapiens et intelligens. gens magna. Nec est
alia gnatio tan grandis que habeat deos apropinquantes sibi sicut deus noster adest
cunctis obsecrationibus nris Que est enim alia gens sic inclita que habeat ceri
monias iustaque iudicia. et Vniuersam legem quam ego proponam hodie
ante oculos vros &c.

¶ Cap. 11. quod licet ille solus esset populus dei electus ut dictum est plurimi tamen particulares homines fuerunt in alijs populis tunc temporis deo fideles lege nature viuentes. ex quibus quidam fuerunt meliores quam aliqui ex Judeis.

¶ Cum autem populus ille Judaicus solus ad dominum pertinuerit. ut ipse et nemo alius diceretur populus dei propter specialem cultum et cerimonias et legem propterque erat notus in Judea deus et in israel magnum nomen eius. ps. 75. non tamen sic eum deus elegit ut etiam tunc temporis perire permiteret ceteras gentes. et viam sperande salutis eis misericordissime non aperiret. nam plurimi ex alijs gentibus homines particulares. opera vere iusticie aprehendentes fuerunt deo fideles. et acepti. et inter veros. israelitas. non terrene hereditatis sorte sed celesti societate heredes et conciues. quos deo multifarie illuminare placuit in fide et eius cultu aceptabili. aut ex noticia et conversacione illius Judaici populi aut angelorum suorum revellacione. vel quacunque alia sibi placita inspiracione. ut declarat s. tho. 3. sen. di. 25. q. 4. ar. 2. De quibus et dominus loquitur per prophetam comprimens Judeorum superbiam et improbans eorum in mundiciam comparacione aliorum fidelium qui in alijs nationibus eidem devotissime serviebant. malachie primo dicens Ab ortu solis usque ad occasum. magnum est nomen meum in gentibus. et in omni loco. sacrificatur et offertur nomini meo oblacio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum, et vos polluistis illud sacrificium autem istud. hic a propheta. memoratum licet ad litteram intelligatur de sacrificio noue legis scilicet eucharistia. quod est mundissimum. et deo acceptissimum. quod etiam in omnibus gentibus offertur cum ex omnibus nationibus terre sint aliqui christiani illud deo offerentes. quod propter certitudinem prophetie iam de presenti dicebatur deo offerri. tamen non incongrue intelligi etiam potest. de sacrificio quorundam hominum fidelium. ubique inter gentiles ydolatras tunc viuentium deumque lege nature colentium quod erat figuratiuum et expressiuum huius altissimi sacrificij. noui testamenti. s. eucharistie. quod etiam non solum. in iherusalem. et in sanguinibus et carnibus vitulorum et taurorum sicut fiebat in illo veteri sacrificio. sed in omni loco et in spiritu et veritate secundum ordinem melchisedech. sibi debebat offerri sicut xpus ipse predixit. mulieri samaritane ante quam fieret. Jo. 4. mulier crede michi quia venit hora quando nec in monte hoc. nec in hierosolimis adorabitis patrem. et infra. Sed venit hora et nunc est. quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate, nam et pater tales querit qui adorent eum. spiritus est deus. et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare Et ideo huiusmodi legis nature sacrificium multum erat figuratiuum et expressiuum huius nostri gloriosissimi sacrificij. s. eucharistie. et illud tunc. h. a paucis hominibus particularibus verum deum colentibus et idola respuentibus tamen in omni loco deo offerebatur a fidelibus suis qui eum collebant

in gentibus. et erat sacrificium spus contribulati quod est deo aceptissimum
et sacrificium aliquod exterius quandoque oblatum quod erat eius signum ex
pressiuum. et quedam protestacio uere fidei unius dei exhibita in eius
cultum et reuerentiam ad quod omnes quantum ad circunstancias particu
lares non equaliter obligabantur ut superius aliqualiter declaraui. et in hac lege
nature. cum sacrificio sibi correspondente poterant tunc quicunque saluari
qui non essent ex iudeorum genere quos deus consentientibus ipsis. ad spalem
legem et cultum et cerimonias obligauit ut nunc superiori capitulo tetigi
Alij uero non tenebantur ad hec. nisi voluntarie se velent eisdem subijcere
propter cultum et reuerentiam dei quemadmodum. nullus tenetur ad obser
uantiam religionis licet sit status maxime perfectionis. nisi illi qui se volun
tarie ad eamdem obligauerunt. uoto sue professionis. sicut larguis. s. tho.
declarat. p. 2. q. 98. ar. 5. Nam ut statim habet declarari populus ille
fuit electus adeo addita lege cum ceremonijs. in similitudinem cuiusdam
religionis. ad quam non tenebantur. ceteri homines. dum tamen agerent ea
que erant de nescesitate salutis viuentibus lege nature. et hoc siue cognosce
rent populum illum siue non dum tamen qui eum cognoscerent non sper
nerent putantes eum supsticiosum uel quid tale. ut inuit. s. tho. in ale
gata questione tercij libri sentenciarum. Sed potius illum deberent uenerari
tanquam electum populum dei. ne illum contempnerent qui eum elegit quia
tunc peccarent. sicut grauissime erraret. qui religionem uilipenderet quam
uenerare tenetur licet nolit eam intrare. et huic satis aptissime concordat
quod habetur. Jo. 12. ubi dicitur. erant autem gentiles quidam ex his qui ascende
rant ut adorarent in die festo. Hi ergo acceserunt ad filipum. qui erat
a bethsaida galileę. et rogabant eum dicentes Domine uolumus ihm ui
dere Isti qui gentiles erant et deo fideles uenerabantur eius pplm et legem in
tantum ut uenirent adorare dominum ad templum. sanctum suum in hierusalem
ut hic dicitur. et nimio ardore desiderabant uidere gloriosissimum ihum. Simile
est quod habetur. de eunucho etiope regine candacis. uiro potente qui uene
rat adorare dominum in hierusalem et reuertebatur sedens super currum
suum legensque esaiam prophetam. ad quem deus misit philipum loquens ei
per angelum suum. ut iret et eum in fide. instrueret et baptizaret quod
et fecit. ut habetur actuum. 8. Simile habetur de centurione uiro gentili
cuius seruus infirmabatur capharnaum. qui misit seniores iudeorum ut rogarent
ihm. ut iret et sanaret seruum suum. qui uenientes dixerunt xpo eum soli
cite deprecantes. quia dignus est ut hoc illi prestes. diligit enim gentem nram
et sinagogam ipse edificauit nobis. ut habetur. luce. 7. Omnes isti et quicunque
tales qui lege nature uiuentes, domino erant fideles. uenerabantur pplum
dei et eius sanctissimam legem ac cerimonias et cultum eiusdem. non tamen
tenebantur. illas obseruare aut se circumcidere de necesitate salutis sicut Judei

Sicut aperte patet de omnibus istis supradictis et de similibus alijs. Qui licet essent fideles et deo acepti. non tamen circuncisi sunt. nec se legi ueteri subiecerunt. eam ad obseruandum cum suis cerimonijs. sup se suscipientes Imo licet circuncisio data esset. habraę et semini ejus. quia tamen istud semen erat secundum electionem. in qua separatus est. ysac ab Ismaele et Jacob ab Esau. ideo soli homines descendentes ab Isaac per Jacob tenebantur ad illam de necesitate salutis. et in Jacob ceperunt omnes ad illam obligari descendentes ab eo qui dicti sunt filij israel. quorum generationibus lex data est. in quibus nulla separatio facta fuit. sicut in duobus predictis. s. Ismaele et Esau. Qui quandiu fuerunt. in domibus parentum suorum etiam tenebantur ad circunscisionem neccesario. postmodum uero non. nec filij eorum. ut declarat. s. tho. 4. senten. di. p. q. 2. ar. p. Qui cunque tamen gentiles qui uellent ad cultum Judaycum transire. et se circuncidere et cerimonias. et obseruantias legis. sup se ad obseruandum suscipere recipiebantur a Judeis ex precepto legis. exo. 12. c. Siquis aut peregrinorum in vram voluerit transire coloniam. i. in vrum cultum et fidem et facere phase dni circuncidetur prius. etc. Et tales laudandi erant tanquam melius aliquid in de facientes. quia perfectius et securius salutem consequebantur. sub obseruancijs legis. quam sub sola naturali lege. et ideo ad eam admitebantur. sicut nunc laici transeunt ad clericatum et seculares ad religionem. et laudantur et recipiuntur tanquam melius aliquid facientes quanuis absque hoc possent saluari sicut declarat. s. tho. p. 2. q. 98. ar. 5. Et sic concludendum est. multos fuisse fideles inter gentiles etiam tempore ueteris legis Imo multos eorum fuisse. perfectiores quibusdam Judeis. ut ex eorum fide et operibus patet. et ipsa auctoritas malachiae superius inducta satis hoc innuit. De quo simili loquitur Aug. 18. de ciui. dei. c. 47. apertissime ad propositum dicens. Nec ipsos Judeos. existimo audere contendere neminem pertinuisse ad dominum preter Israelitas. ex quo propago israel esse cepit. reprobato ejus fratre maiore. Populus enim reuera qui proprie dei populus dicitur nullus alius fuit homines. autem quosdam non terrene sed celesti sotietate ad ueros Israelitas superne ciues patrie pertinentes. et in alijs gentibus fuisse negare non possunt quia si negant. facilime coniuncuntur. de sancto et mirabili uiro Job qui nec indigena nec proselitus. i. aduena populi israel fuit sed ex gente idumea genus ducens. ibi ortus ibidem mortuus est. Qui diuino sic laudatur Eloquio. ut quod ad Justiciam pietatemque atinet nullus ei homo suorum temporum coequetur, que tempora ejus quanuis non inueniamus in cronicis colligimus tamen ex libro ejus. quem pro sui merito Israelite. in auctoritatem canonicam receperunt. tercia gentione posteriorem fuisse quam Israel.

¶ Cap. 12m. q ehám m̃ alijs genthb9 fuerunt aliqui pphete. tam bom̃ q̃ mali qui xpi mstm̃ predixerunt licet ea9 prophetie. ad probanda diuina non sint nobis necessarię.

¶ Possem quidem de aliquib9 alijs hoc idem m̃ducere ut multos ex gentibus fideles et Justos fuisse uidentes lege nature exemplis clarissimis demonstrarem sicut de beato Job. nunc m̃tuit. Aug9 Sed pretereo. Hoc tamé satis sit probationis ad presens q̃ per illum possum9 reliquos mtelligere. quos scriptura sacra subticuit sicut et idem ipse aug9 statim subiungit dicens. Diuinitus aut̃ iuisum fuisse non dubito. ut ex hoc unoa sciremus ehám per alias gentes esse potuisse qui sm̃ do minú uixerunt. eiq̃ placuerunt ptinentes ad Spiálem Israelem et̃ quibus adijciendum existimo. quod m̃ alijs ehám nationibus fuerunt aliqui prophe te. qui xpi mstm̃ predixerunt. siue deo reuelante per sanctos angelos suos uel quocunq̃ alio modo inspirante. siue ehám. malignis Spiritib9. eodem permitten te. ut scirent et hominib9 talibus reuelarent. sicut seipsum presentem m̃ caute per misit a talib9 malignis Spiritib9 recognosci. et q̃ obsessos homines alijs uocib9 publicari. eo tempore quo adhuc. eundem uerum dominum et hominem fore promissum redemptorem. eci ignorabant Judei. ut habet. m̃. 8. Vbi per illos duos homines seuos demoniacos clamauerunt. maligni Spiś dicentes. quid nobis et tibi fili dei, uenisti huc ante tempus torquere nos? Idem. m̃. 5. et luce. 8. et luce. 4. dr̃. exibant aut̃ demonia clamantia et dicentia quia tu es filiús dei Et sic nondiffert quantum ad hoc. utrum per bonos uel per malos homines siue angelos. mstm̃ suum deus manifestare dignaretur hominib9 cum omis sibi seruiant ad nutum. Siue boni siue mali sint. et m̃ omnibus ehám complea tur ejus beneplacitum Secúdum ejus Justicia et misericordia. quia boni tale mstm̃ est meritorium et cedit ad gloriam. malis uero est demeritorium et cedit m̃ penam. De quibus loquit̃ xpús m̃. 7. dicens Multi dicent michi in illa die. s. ultimi Judicij. dne dne. nome m̃ nomine tuo pphetauim9. et m̃ nóie tuo demonia ejecimus. et m̃ nóie tuo multas uirtutes fecimus. Et tunc confitebor illis quia nunq̃ noui uos discedite ame qui operamini iniquitatem. Sup quo sat ad propositum loquitur Aug9. m̃ tractatu. 5plé. Joannis. ut habetur m̃ facto canone 7. q. 1. prophetauit. ubi sic dr̃. Prophetauit Saul malus rex. cum ehám sancti dauid q̃sequeretur Nonergo se jactent qui forte sme caritate habent sanctum dei munus Sed uideant qualem rationem sint habituri cum deo qui sanctis non sancte utuntur. ex his emm erunt. qui dicturi sunt m̃ Judicio. m̃ nomine tuo pphe tauim9 quibus nondicetur mentimini. Sed non noui uos. et̃ Spúm ergo prophetie dicendi sunt habuisse Sed non meritum, hec ibi. de bonis igitur exemplificare possumus. m̃. s. Job. m̃ cujus libro. de fideimtsterijs, ut de generali omnium resu rrectione et hujusmodi. multa prophetice continentur de malis uero adducere po sumus pro exemplo, Balaam auiolum filium beor qui de xpo aptissime prophe tauit ut habetur. num̃. 24. hoc idem adducit .s. tho. 3. sen. di. 25. q. 4. ar. 2

de Sibilla cuius prophetiam de xpo et eius sacratissima passione. de finali iudicio et ghli resurrectione, satis aperte tractat Aug⁹ 18. de ciui. dei. 23. c. per totum inducat Simili. S⁹ tho. ibidem. et 2ª 2ᵉ. q. 2. ar. 7. q tempore constantini augusti. et elene matris eius inuentum fuit sicut scribit⁹. in historijs romanor quodam sepulchrum. in quo iacebat homo auream laminam in pectore habens in qua scriptum erat xpus nasceturus ex uirgine. et credo in eum. ⁊ sol sub elene et constantini temporibus iterum meuidebis. et sic dicat quoq; beatus dionisius. 9. c. celestis hierarchie. quod multi gentilium per angelos sunt reducti in dominum. Ista tamen et si qua alia sunt ad probandum diuina que credimus non sunt nobis necessaria. ita ut fides nra firmetur per illa sicut non infirmaretur illis subtractis. preter ea in que in sacra scriptura scripta sunt ut fuit prophetia balaam. quam eadem causa et intentione qua escripta est. et ecc̃a recepit illam. debemus et nos recipere. Similia tamen quacunq; autoritate firmentur quadam delectatione fideles permulcent dum conspiciunt xpi misterium etiam in gentibus fuisse praecognitum quam ob causam. hic ista inserenda putaui. ne auctos gentiles etiam illo tempore dominum reprobasse quisq; existimet. ac eosdem penitus oblitum fuisse re dixit. Sancti autem fideles admonet Aug⁹. ne in disputando contra Judeos hec et similia nullatenus probationis adducant. ne forte existiment illa a nobis esse conficta. et per consequens quecunq; alia credenda. et sic inde robur fidei sucumbat unde erigi non debuerat. ad hoc enim populum illum deus ex auctis gentibus preelegit. ut in sequenti capᵒ patebit. ut cum tempus sibi pre cognitum aduenisset. ex illo populum sibi acceptabilem in omnibus gentibus procrearet. et sic tum qm tum ad statum et immutabilem usq; ad mundi terminum. Cuius perfectionem et qualitatem fidem et credulitatem cultum et religionem in illo paruo populo et peculiari. ad hoc specialiter electo sufficientissime presignauit. adeo ut quecunq; xpiana religio credit uenerari et predicat. ex illo potissimum clara lucet monstrari. Si tamen qui docendus est. uelamen sibi obstinate cecitatis ante oculos non ponat. quo spiritui sancto contradicat. et fidei lumen animum illustrare non sinat. quod perfidis Judeis manifestum est contigisse qui xpum uerissimum saluatorem. qui est via. ueritas. et uita. per quem in eternam requiem introire deberent usq; in hodiernum diem dura ceruice negare contendant. Hoc ergo satis sit ad propositum. quia specialiter contra eos. peregrinas ab eor lege prophecias uel alias similes probationes adducere non est. fixum. fuisse tamen extra eos aliquas profectas. quibus xpi misterium. ob causam dictam prenunciabatur esse ~~non sic~~ futurum nobis credentibus non est dubium. De his omnibus loquit. Aug⁹. 18. de ciui. dei. c. 47. satis efficaciter ad propositum dicens. Qua propter quisquis alienigena. 1. non ex israel. gentibus nec ab illo populo in Linguam sacram scripturam

receptus. legit aliquid prophetasse de xpo si nõ noticiam nãm uenit. aut uenerit ad cumulum a nobis cõmemorari potest. non quo necessarius sit. etiãm si desit sed quia non nõ congruc creditur fuisse. et nõ aliis gentibus homines quibus hoc mysterium reuelatum est. et quihoc etiãm predicare impulsi sunt. siue participes essent gratiæ fuerint siue expertes. seu malos angelos docti sint. quos etiãm pitem xpum quem Iudei non agnoscebant scimꝰ fuisse confessos. Bt sequit, Sed quecunq; alioq; prophetæ. de dei per ihũm xpum gratiã proferuntur possunt putari a xpianis esse conficte. Ideo nil est firmius ad conuincendos quosli alienos si de hac re contenderint. nisi prius si recte sapuerint. q; ut diuina predicta de xpo ea propterantur que nõ Iudeoꝝ codicib; scripta sunt. Quibus auulsis de scalibus propijs. et propter hoc testimoniũ, toto orbe dispersis xpi usq; q; creuit ecc. hec ille.

¶ Cap. 13. adquid fuit a deo nisi ceteras nationes pplus ille electus. et tanta teneritudine dilectus. et sic edoctus et custoditus. et q; hoc fuit ꝓpter xpum qui ex eo ad saluandas omnes gentes q; carnem erat Venturus:

¶ Queret aũt aliquis non superuacue. quod et pñs negocio proficuum erit inserere cur scilicet Omnipotens deus nisi tot innumeras nationes Solum illum Iudaicum popm lum. respectu cuꝰ tam paruum. tanta benignitate et amore sibi conjungere uoluit ut cum filiũm primo genitum apellaret. et tantis beneficijs et gratijs adoptaret. ceteras uero gentes uelut oblitus deseruret. tantq; si de eis curam nul lam haberet et esset ꝓsonaꝝ acceptor deus. ad quod iuxta dicta sanctoꝝ breuiter michi respondendũ uidet. q; altissimo dei consilio. hoc ordine conjuncto factum est. et duabus de causis contigisse probatur. quaꝝ una dependit ex alia Prima q; est. ut sibi illum uellet religiosam gentem conjungendo adaptaret qua ex eo unigenitus dei filius carnem disponebat assumere. non ut populo illi soli prodesset. Sed ut totum genus humanum redimeret. Cujus uniuersalis redemptionis ac ejusdem misterij sacratissimi. pplus ille esse debebat mystum tum et lumen per acceptas diuinas cerimonias. et legem ac prophetas et oracula dei. in quibus. illud nefabile misterium. mediatoris dei et hominũ xpi ihũ tenebat inclusum. tam in figuris q; in policitationibus et promissis. ut ex eis precognosceretur. locus tempus et modus sui sacratissimi aduentus. ne eum uelut inspectum dedignarent recipere. debitum enim erat. ut tam altissimum sacratum dũ ante pronunciaretur esse futurum et celestem regem uiris quibusq; modis. cuius electi precones clamando preirent. ut sic ad eum deuotissime recipiendum corda hominum prepararent / Secunda uero causa fuit ut sanctos illos patriarchas suos acceptos amicos honoraret. dum tantũ eoꝝ genus diligeret et exaltaret. ut ex eis ipse carnem dignaretur assumere. et ad hoc eos dũ ante

preelegere et aceptare et eis seipsum daturum promitere Nam cum huiusmodi
mirabiles promissiones toti mundo fieri non possent. Imo nec fieri deberent ut
inferius patebit placuit altissimo deo ad hoc assumere et adaptare sanctorum suo
rum electam progeniem cui in salutem omnium gentilium se apertius de
monstraret. et sic eam tam mirabiliter edoceret et tam tenerrime custodiret
non attentis eorum erroribus et peccatis quibus frequentissime inuoluti. a sanc
tis illis patribus deuiarunt. et hoc est quod dr. deute. 9. ubi loquens moyses
ad eos expresse aperit timor causam quare sic deus elegerit eos in peculiarem populum
ut introduceret in terram promissionis. qua figurabatur eterna hereditas
per xpum suis fidelibus conferenda. ut inferius. c. 16. declarabitur. unde
sic locutus est eis. Nec inquit propter iusticias tuas et equitatem cordis tui
ingredieris ut posideas terram eorum. sed quia ille egerunt impie. introeunte
te delete sunt. et ut compleret uerbum suum dominus quod sub iuramento pol
licitus est patribus tuis. Abraam. Isaac. et Jacob. Scito ergo quod non propter
iusticias tuas dominus deus dederit tibi terram hanc in posessionem cum
dure ceruicis sis populus. Et ideo elegit illum populum in peculiarem et
religiosum sicut dr. deut. 7. te elegit dominus deus tuus ut sis ei populus
peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. et cetera. Et simile habetur
14. et. 26. caplis. Unde propter hoc deus uolebat eum esse singularem. et quodam
modo specialem in cerimonijs et sanctitate. sicut dr. deut. 18. Perfectus
eris et absque macula cum domino deo tuo. et propter hoc similiter quodam modo
professionis utebantur omnes de pupolo illo ad similitudinem religionis cum
quilibet ex precepto legis dicere debebat publice in tabernaculo aut in tem
plo et coram sacerdote. Profiteor hodie coram domino deo tuo quod ingressus
sum in terram pro qua iurauit patribus nostris ut daret eam nobis etc. sic ha
betur. deut. 26. et sic per illum Judeorum populum. Salus cunctis gentibus
parabatur que suo tempore ad eas signis manifestissimis deuenire debebat
unde in eorum lege. et prophecijs semper fiebat mentio de uocatione gentium
et de mutatione illarum cerimoniarum. in nouum populum amabilem et perfec
tum de quo presto sunt plurima testimonia. Sed sufficiat ad propo
situm apli uerbum. ad Ro. 9. Quos uocauit inquit. non solum ex Judeis
sed etiam ex gentibus. sicut in osee. dicit. Vocabo non plebem meam plebem
meam. et non dilectam meam dilectam meam. et non misericordiam conse
cutam. misericordiam consecutam. et erit in loco ubi dictum est eis non
plebs mea vos. ibi uocabuntur filij dei uiui. etc. Et. p. petri. p. Petrus
aplorum princeps loques de conuersione et salute omnium fidelium et
specialiter quibus scribebat gentilium dicebat sic. De qua salute exqui
sierunt atque scrutati sunt prophete qui de futura in uobis gratia prophetarunt

scrutantes quod uel quale tempus significaret in eis Spūs xpi prenuncians ea
que in xpo sunt passiones et posteriores glorias quibus reuelatū est quia non
sibi ipsis uobis autē ministrabant eaque nunc nunciata sunt uobis per eos
qui euangelizauerunt uobis de Spū sancto misso de celo / etc. Eo similiter tem
pore quo status legis ducabat. non repellebantur ab illo populo ceteri natiōes
que ad eum mirabiliū cultus sociari se uellent Imo recipiebantur ami
cabiliter et benigne preter paucas illas perditissimas gentes terre promissionis
quas deus propter sua nefandissima opera occidi mandauit nulli tm predu
debatur ua speranda salutis eterne Siquidem dominum colere et lege na
ture uiuere uellet ut superius aliqualiter declarauimus. Ex hac similitu
dine sua singulari tocius populi electione deo cham consequebantur eundem
populum non mediocria. Vnum mi ihesus laudem et honorem altogum mi testi
monium Magnus quidem honor fuit populi Judeorum quo ex eo prouenit ta
altissimū sacramentum ut ex eis xpūs nasceretur et esset lux et mistm
Saluacois omnium gentium, unde Jo. 4. dixit ihūs mulieri samarī
tane illum populum preferendo. Vos mquit adoratis quod nescitis nos
adoramus quod scimus quia salus ex judeis est. et ideo beatus Petrus. hono
rans et exhortans Judeos. actuum. 3. ait ad illos. Vos autem estis filij prophetarum
et testamenti quod proposuit deus ad pres nros dicens ad Abraam. in semine
tuo benedicentur omnes familie terre uobis primum suscitauit deus filium
suum et misit eum benedicentem uobis. ut conuertat se unus quisq; a nequi
tia sua et apls de eisdē loquens. ad. Ro. 9. dicat quorum. s. Judeorum adop
tio est filiorum dei et gloria et testamenti et legis latio. et obsequium et promissa
quorum patres et ex quibus xpūs secundum carnem / Multa quidem. et
alia sunt que tam ex lege qz ex prophetis. et ex simul adiuncta ratione aper
tissime ostendunt populum illum dei electum atq; suam legem et sacerdotium
fuisse cunctarum gentium uelut quodam diuinum speculū positum mi salu
tem et benedictionem omnium saluandorum quos deus q suum unigenitum
mi carnatum ad se uocare adducere et congregare suo tempore disponebat. qui
mi plurima multitudine a quatuor partibus mundi uenientes reuelata
iam gratia et eterna salute debebant saluari cognito unico et uerissimo redemp
tore et accepta eius sanctissima lege. que omnia ex judeis uelut ex electa
radice debebant prodire mi auctorum comodum et salutem. Sed quia hec apti
sime mi sanctis euangelijs reluent. quod et clarissime mi placitis xpisto
tuo suos loquis apls ostendit et aperuit. ideo superfluum esset. super his tes
timonia conuoluere. Vnum tamen est q sanctus ille simeon. nouus euangelicus
xpi propheta. Vnico uerbo concluserit hoc mirabile sacrm dicens. luce. 2. q xpūs
ex Judeorum populo natus ac ipsa eadem hora mi templo suis manibus portatus
fuit lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis sue israel. Si aut.

queratur quare illum populum Judeorum magis sibi elegit ad hoc misterium quam aliquem alium. ut ex eo ~~tempore~~ xpus ipse nasceretur dicit. S. tho. p. 2. q. 98. ar. 4. quod pro hoc notatur conueniens responsio Augustini quam dicit. Sup Joannem, quare hunc trahat et illum non trahat deus. s. ad penitenciam et gram. nolli uelle dijudicare sinon uis errare unde ibidem supra concludit quod ista hmoi Judaici populi electio non fuit propter meritum habrae ut talis promissio ei fieret. ut xpus. eius ex semine nasceretur sed ex gratuita. electione et uocatione. unde dr Esaie. 41. quis suscitauit ab oriente Justum. et uocabit eum ut sequeretur se. et sic ex sola gratuita electione patres promissionem acceperunt et populus ex eis genitus legem accepit. Secundum illud. deut. 4. Audistis uerba illius de medio ignis quia dilexit patres uros et elegit semen eorum post illos. presuposita tamen dei dilectione. et promisione ad patres antiquos que gratuita et libera fuit. ut dictum est consequenter inde sequitur electio illius populi. ad xpi misterium complendum propter ueritatem dei ad confirmandas in eo promisiones patrum. Sicut dicit Aplus ad. Ro. c. 15. Secundum aut quod ex his consequitur. ad Judeos est. quod per hmoi eis especiali reuelata poterant et possunt conuinci ut xpm redemptorem uerissimum tota deuotione deberent recipere. Secundum quod xpus dixit eis. Jo. 5. scrutamini scripturas in quibus uos putatis uitam eternam habere quia ille sunt. que testimonium perhibent de me. consequebatur similiter ex inde quod ueniente xpo status ille debebat cessare. et quicunque ex eis excecati. obdurarentur. et nollent dispositam per eos salutem suscipere. debebant adeo derelinqui et miserabiliter dispergi et conculcari dum tamen manerent in eadem cecitate. de quibus omnibus inferius deo dante larguis locuturus sum in hac parte:—

¶ Cap. 14m. quod status ille ueteris legis erat imperfectus. quo ad 5e. s. quantum ad reuelacionem fidei et quantum ad cultum sacrificij. et quo ad mandata legis date et quo ad finem in quem debebat adducere et quo ad legis usum et publicationem. de quorum duobus primis agitur in. c. pnti:—

¶ Predictis aut adijciendum est quod licet deus. primum sinagogam tanto amore dilexerit ut eam a certis gentibus separaret. et specialibus quibusdam cerimonijs adornaret. status tamen eius fuit imperfectus speciali. quo ad quinque que pns negocium uidentur contingere quorum unum dependet ex alio et sic deinceps taliter ut primi imperfectione notata ex consequenti eadem suo ordine deriuetur ad alia. ¶ Sunt aut ista quinque videlicet primum fides unius ueri dei. ¶ Secundum cultus exterioris sacrificij correspondentis ei. ¶ 3m est. ipsa lex que populo per ista duo aliqualiter adunato et non aliter dari debuit

¶ 4m Xit est finis vltimus qui est beatitudo ad quam deus per hec tria
suos fideles adducere intendit. ¶ 5m. uero et vltimum est dicte legis usus
ad inuicem inter ciues et eius publicacio quo ad ceteras gentes, In his ergo
omnibus. status ille uetus inuenitur fuisse imperfectus. quod patet primo de fide
quia licet in illa lege fuerit noticia aliqualis vnius dei et etiam xpi in quo
dam gnli. tamen non fuit ibi noticia explicita trinitatis personarum in vnitate
essentie neque per consequens incarnacionis xpi nisi sub figuris et in quodam
comuni propter quod dicebatur. quantum ad hoc fides esse imperfecta respectu
clarissime fidei noui testamenti. quam xpus ueritate lucida reuelauit. quantum
ad eius totalem explicationem. cuius ratio est quia sic cognitio naturalis
procedit de imperfecto ad perfectum. ut habetur. p. phisi. quod pueri sicut ad
sensum uidemus non statim habent perfectam cognitionem sed in quodam
gnli cognoscunt omnes homines. in tantum ut omnes uiros patres vocent fe
minas uero matres. postea uero crescendo distinguunt unde quodam clariori
intellectu patrem secernunt ceteros uero auunculos apellare incipiunt et sic
paulatim crescendo in perfectam cognitionem deueniunt quando etatem solidam
attingunt. Ita similiter super naturalis cognitio fidei ab imperfecto ad perfectum
in humano genere uelut in quodam uiro successiue crescente proscedere debuit
Minor enim et generalior fuit in lege nature. in qua quodam modo nouiter
uidebatur incipere. Clarior uero in secundo gradu. s. in lege scripture. ubi re
uelante deo humanum genus in Judeorum gente tanquam puer acrescens perfec
tius dominum per fidem cognoscere cepit et eum speciali cultu discernere. Ista
tamen fidei cognicio fuit imperfecta respectu euangelice fidei. ut superius.
c. 8. et 9. aliqualiter tetigi. Nam eadem comparatio que est pueri ad uirum
perfectum est legis ueteris ad euangelium propter quod Aplus. ad. gala. 3. com
parat statum illum pueritie dicens. lex pedagogus noster fuit in xpo. 1. sic
nos instruxit. et rexit. per respectum ad xpum quemadmodum puerum
instruit et rexit pedagogus antequam ueniat. ad uirum perfectum. in figura autem
huius imperfectionis et obscuritatis quando moyses loquebatur ad populum illum
habebat uellatam faciem. ut habetur. exodi. 34. ad denotandum quod mis
teria fidei nostre erant figuris et enigmatibus tunc uellata. ad idem similiter est. quod
omnia que in tabernaculo continebantur quibusdam uelis contegebantur.
Nam uelum quodam erat ante introitum tabernaculi quo velut quodam pariete
omnia que intra erant occultabantur. Aliud uero solemniori modo compositum
erat intra tabernaculum ante sancta sanctorum quo arca federis et propitia
torium toti populo abscondebatur. ut expresse habetur. exodi. 26. c. in quibus
quid aliud significabatur nisi arcana fidei quadeus ibidem a fidelibus cole
batur fuisse tunc temporis diuersimode occultata. Satis hoc innuit Imo
expresse inducit aplus. 2m. ad corinthios. 3. c. Et ideo breuiter ad alia

pretereo Presertim Cum ipse dicat p. ad corin. 10.c. Hec aut omnia in figura contingebant illis. De sacrificijs Smiti illius temporis patet quod erant imperfecta sicut et fides eo q esset implicita quam fideles antiqui protestabantur p illa sacrificia. Ideo ex opere ~~opere~~ operato. i. quantum erat in se sacrificia illa non Justificabant aliquem offerentem. ut aplus dicit. ad. hebre. 10. impossibile enim est. in sanguine taurorum aut hircorum aufferri peccata et ibidem iterum subdit Aplus. Et omnis quidem sacerdos presto est quotidie ministrans et easdem sepe offerens hostias. que nunquam possunt auferre peccata. Effectus aut istorum sacrificiorum quantum ad suos offerentes erat q ostendebant eos mundatos et sanctificatos. a quibusdam irregularitatibus et inmundicijs corporalibus quibus arcebantur ab ingressum tabernaculi et ab huiusmodi oblatione non tamen poterant eos Justificare aut gratiam seu beneficium diuinum aliquod impetrare. s. in quantum erat ex seipsis. Secus aut esset ex deuotione et fide offerentis que per se etiam sine sacrificijs deo placita et homini proficua essent et ad huiusmodi sibi prodessent licet contrarium magi uideatur asserere. 4. sen. di. p. in principio ubi dicit q huiusmodi legis ueteris sacrificia non Justificabant aut gratiam conferebant. etiam si in fide et charitate fierent cuius dictum in hac parte communiter a doctoribus non tenetur. uerum est enim q ex opere operato. i. quantum erat ex semetipsis Justificationem et gratiam non conferebant tamen ex opere operante. i. ex fide ac charitate et deuotione offerentium bene Justificabant et gratiam conferebant ex fide et expectatione xpi uenturi quem multimode figurabant. Ex seipsis tamen ut dictum est uacua erant et egena et spuali gratia ad Justificandum carentia Nam ut dicit Aplus. ad hebre. 9. loquens de huiusmodi sacrificijs. non poterant secundum conscientiam perfectum facere offerentem. Hoc ideo est quia talis perfectio conscientie fit per donum gratie quam illa non poterant conferre. Ratio aut huius est quia solum erant illa instituta. ad figurandum xpum et illud eius unicum Euangelicum mirificum et inefabile sacrificium quo xpus quotidie uerissime Jmolatur. ad cuius significationem omnia suo ordine pertinebant et ideo plurima unum significabant ut res tan altissima multifarie sine fastidio comendaretur de quo dicit Aug. 10. de ciui. dei. c. 20 huius ueri sacrificij. multiplicia. uariaque signa erant. sacrificia prisca sanctorum cum hoc unum p multa figuraretur tanquam uerbis multis res una diceretur ut sine fastidio multum comendaretur huic sumo uero que sacrificio cuncta falsa sacrificia ceserunt hec ibi. Et ideo taliter illa institui debuerunt ut xpm in quem dirigebantur sub quibusdam figuris demonstrarent esse uenturum et suos offerentes excitarent ad eum expectandum et disponerent ad eum suscipiendum quos et ab inmundicijs carnalibus demonstrarent esse sanctificatos quia adhuc populus ille carnalis erat, et ideo.

Vacat

~~taliter illa instituí debuerunt. ut xpm ~~ quem dirigebant~~ sub quibusdam figuris demonstrarent esse uenturum. et suos offerentes excitarent ad eum expectandum et dispanerent ad eum suscipiendum quos et ab immundi cijs carnalibus demonstrarent esse sanctificatos. quia adhuc carnalis erat~~

et ideo talia ei conuenire bant. ut mi scruis ē. 13. patebit. de quibus omnibus breuiter me expedio. qua de eis satis abunde locuti sunt sancti.

¶ Cap. 15. q̄ ille status ueteris legis fuit simpliciter imperfectus quantum ad corpus legis. siue quantum ad ea que in lege precipiebant Judeis.

¶ Ex imperfectione sacrificiorum fidei correspondentium de quibus nunc aliquatenus tangi facilius potest argui imperfectio legis ulli populi que sibi nisi duobus. adunato et conformi. et non aliter dari debuit. s. misse et sacrificio. Nam lex debet populo esse conformis. qua alias unde debuit cum regulare facile ipsum corrumperet. ut clarius ē. 13. patebit. Secundum ergo tale talitatem et imperfectionem ppli. in his duobus que dicta sunt. ē. precedenti. in quibus erat unitus sibi ipsi. sic debuit ei lex perquam uiuere et regulariter proponi pro cuius notitia clariori considerandum q̄ triplicia erant precepta ulli legis in quibus continebatur totum corpus eius nam quedam dicebant. esse moralia quedam Judicialia quedam uero cerimonialia. Et istorum quedam ordinabant in proximum ut. s. ille homo bene ac recto ordine se deberet ad illum habere. sicut erant precepta quedam moralia. et omnia Judicialia. quedam uero ordinabant in deum ut. s. per illa homo debite subderetur et seruiret ei. cuiusmodi erant precepta cerimonialia. et etiam aliqua moralia. In his enim duobus. s. diligere deum et proximum tota lex pendet et prophete. ut xpus dixit. m. 22. Nunc autem sic est q̄ omnia illa sacrificialia ueteris legis ad hec duo referebant. et illa significabant ut declarat Aug⁹. 19. de ciui. dei. cap⁰. 23. sic dicens. Que cunq; igitur in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificijs leguntur diuinitus esse precepta, ad dilectionem dei et proximi significandam referuntur. in his enim duobus preceptis. ut scriptum est. tota lex pendet et prophete. hec ibi. Secundum ergo q̄ imperfecte illa significando dilectionem dei et proximi. demonstrabant. sic imperfecte quantum ad ista duo illi populo precepta dari debebant. que quidem precepta sufficienter diuidebantur in illa tria genera supra dicta. Patet autem de primo genere preceptorum. s. de moralibus q̄ illa fuerint imperfecta Moralia autem uocantur

que sunt de dictamine legis nature quia etiam si nulla lex hominibus
data esset, statim cognoscerent huiusmodi legis nature moralia precepta esse
iusta et omni homine obligatoria dictante conscientia quorum imper
fectionem sacri doctores consueuerunt colligere ex duobus primum
est quod illa lex solum ordinabat actus exteriores ipsius hominis non
autem interiores. in quibus principali consistit. bonum uirtutis et moris
vnde secundum iudeorum antiquos doctores. lex uetus solum prohibebat
manum et non animum. i. opera praua. et non concupiscentias eorum. prop
ter quod illud quod habetur. exo. 20. de non concupiscendo uxorem
proximi sui sic exponebant. Non concupisces. i. signa exteriora concu
piscentie non ostendes. ut sunt uerba scurrilia. et impudici tactus.
concupiscentiam tamen animi latentem. dicunt hoc precepto non prohiberi
Sed quod uerius est prohibebat concupiscentiam et interiores actus ordi
nabat sed tamen imperfecte. quia hoc erat in paucis. s. in furto
et in mechia. et in istis non puniebat transgressores penam infligendo
Secundum uero patet hoc quod etiam ipsos exteriores actus moris insu
ficienter ordinabat. nam. deute. 23. permititur dare ad vsuram ex
traneo licet prohibeatur hoc fieri fratri propinquo. s. cuicunque iudeo ubi
sic dicitur non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges neque
aliquam aliam rem sed alieno. etc. Similiter. deute. 24. permititur
uiro dare libellum repudij uxori sue. et eam abse abijcere. et aliam
ducere etiam ex causa indebita. eo. s. solo quod non placuerit ei prop
ter aliquam feditatem quam libere ipse posset allegare. et eam propria
autoritate abse abijcere. vnde sic dicitur. Si acceperit homo vxorem et
habuerit eam. et non inueniet graciam ante oculos eius propter ali
quam feditatem scribet libellum repudij. et dabit in manu illius
et dimitet eam de domo sua etc. Manifestum est autem quod talis mul
tiplicatio pecunie uel alterius similis rei. qualis fit in vsura. est
contra rectam et naturalem iusticiam et talis expulsio uel separatio
uxoris similiter contra naturam matrimonij. cum indiuisibilitas con
iugum per totam uitam sit de dictamine naturalis rationis. secundum
quod hec duo latius sacri doctores declarant. que et ego ad presens prout
certissime sunt. uera esse suppono. Et sic patet quod lex uetus imperfec
te hominem ordinabat. in moralibus. De secundo uero genere preceptorum
s. iudicialium patet hoc idem ex duobus. Primo. ex modo inducendi
homines ad obseruationem iusticie. ad quam iudicialia precepta

ordinabant. Sunt Aut ista Judicialia precepta quedam determinate
explicationes moralium preceptorum in ordine ad proximum ut uerbi
gratia. Non pati maleficos uiuere. est preceptum morale. modus tamen uel
determinatio mortis eorum pertinet ad determinationem legis. ut quod de
capitent. comburantur uel lapident. et alia timori que in judicialibus
preceptis diuersimode explicant. Modus ergo inducendi. ad obseruan
dum Justiciam ad quam hec precepta ordinabant erat imperfectus. quia
erat per quendam timorem. qui inducit in talibus obseruatoribus quandam pe
nam quod est proprium imperfectorum. Nam perfecti ad hujusmodi obser
uanciam mouent ex amore et per consequens delectant in tali opere quia
ut dicitur. 1. Jo. 4. timor penam habet caritas aut foras emittit timorem
In signum aut hujus imperfectionis in qua lex illa suos cultores quibusdam
timoribus constringebat. data fuit cum quibusdam terroribus. et tronitruis
ut habetur. Exo. 19. ubi sic dicitur. Jam aduenerat dies tercius. s. in quo da
ta est lex. et ceperunt audiri tonitrua. et michare fulgura. et nubes den
sissima operire montem clangorque bucine uehementius perstrepebat tremuitque
populus qui erat in castris. etc. Et propter hoc eam uocat apostolus legem seruitutis
et timoris. per contrarium ad euangelicam legem. Ro. 8. dicens. Non enim ac
cepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum
dei. in quo clamamus abba pater. Secundo hoc idem patet ex ipsis Judicialibus
preceptis que aliquando infligebant penam Innocenti. et aliquando culpabilem non pu
niebant. Primum patet. per illud quod habetur. numeri. 35. de homicidio
casuali quod contingebat absque culpa occisoris. ubi dicitur. quod talis qui fortuitu
et absque odio interficiebat hominem debebat fugere ad vnam de sex ciuitati
bus refugij que pro similibus erant assignate. et ibi manere usque ad mor
tem summi sacerdotis. Quod tamen aliquando erat per magnum tempus et
per consequens talis qui erat Innocens. cum homicidium fuisset omnino ca
suale et inuoluntarium. et ipse Judicatus repertus fuisset sine culpa. Puniebatur
nichilominus graui pena quia oportebat. eum exulem esse per magnum
tempus a sua ciuitate ac domo et possessione. et adhuc non uagari libere ex
patriam quo uellet. Sed manere necessario reclusum in aliqua illarum
sex ciuitatum. Secundum uero patet. Nam ibidem subditur de tali fu
gitiuo innocenti quod si inuentus fuerit extra fines alicuius sex urbium et
percusus fuerit. ab eo qui est ultor sanguinis. s. ab aliquo cognato hominis
occisi quod erit absque noxa ille qui sic eum occiderat. Nam ut dicitur ibi. debue
rat in ciuitate usque ad mortem summi pontificis talis profugus residere. Et
sic patet quod interfectio innocentis que est grauis culpa in tali casu remanebat
sine pena et per consequens talia Judicialia precepta erant imperfecta. De

Tertio aut genere preceptorum .s. de cerimonialibus hoc idem patet. Ista aut erant quedam determinationes moralium preceptorum in ordine ad deum Nam quod deus honoretur et ei a fidelibus suis seruiatur. est de dictamine legis nature quo tamen modo et ordine loco et tempore hoc fieri debeat. pertinet ad determinationem diuine legis. que omnia in his cerimonialibus preceptis explicabantur. Ista tamen erant imperfecta quia homines non iustificabantur per illa Nam quedam pars eorum pertinebat ad sacrificia ordinando ea de quibus in capitulo precedenti declaratum est fuisse imperfecta. Alia uero pars pertinebat ad sacramenta. que quidem sacramenta erant instituta ad faciendum homines idoneos ad cultum diuinum sicut erant expiationes. a tactu immundi uel mortui. que erant omnibus. utriusque sexus communes. et circumcisio que conueniebat solis uiris, et consecratio et unctio que pertinebat solis sacerdotibus Que omnia non poterant ex se ipsis quemcunque a peccato iustificare. aut sibi gratiam conferre propter sacramentum circumcisionis. Hoc tamen non erat ex uirtute illius sacramenti. sed in fide xpi uenturi. quem protestabantur ille qui circumcidebatur quomodolibet. uel per se uel per alium. Multum tamen effectus huiusmodi iustificationis distabat a perfectione baptismi. qui eius loco successit. De quo non est sermo extendendus ad presens. propter hoc ergo illa legalia sacramenta. uocat apostolus Elementa infirma et egena. eo quod non iustificarent. nec gratiam ex se obseruantibus ea conferrent. Vnde galatas reprehendens. quod ista legalia denuo in fide xpi obseruare uellent. dicit de huiusmodi. ad gala. 4. Quomodo iterum conuertimini ad infirma et egena Elementa quibus denuo seruire uultis? Dies obseruatis etc. Sanctificatio aut quam prestabant. erat mundare a quibusdam irregularitatibus aut carnalibus immundicijs quibus Iudei ab ingressu templi et similibus arcebantur. de qua dicit Apostolus ad hebre. 9. quod sanguis hircorum et taurorum et cinis uitule aspersus inquinatos sanctificabat. ad emundationem carnis Alia aut pars cerimonialium preceptorum dirigebatur ad quedam sacra disponenda. et ordinate tractanda. sicut erant uasa et loca aut cetera huiusmodi quibus utebantur Iudei in sacrificijs et ritu colendi deum et similiter ad quasdam obseruationes. ad ipsos Iudeos pertinentes quibus utebantur. Velut quibusdam modis uiuendi religiosis. eo quod erat populus peculiaris ipsius dei. et eidem per sacramentum circumcisionis quodam modo consecratus. ut pote quod custodirent se ab aliquibus cibarijs et potibus et quod obseruarent talem uel talem modum in suis uestibus et cetera talia ad hec pertinentia. Sed hec. ex supra dictis patet clarissime fuisse imperfecta quia ista ordinabantur ad illa sicut ad finem. De quibus tamen ostensum est. quod fuerint imperfecta. ergo a fortiori concluditur. hoc idem de istis. quia ex ipso fine accipitur ratio eorum que sunt ad finem Immo et finis semper est potior his que sunt

ad finem sufficiat

Sufficiat ergo pro hmoi generali conclusione q dicit Aplus. ad hebre. 7. nil ad perfectum adduxit lex. et hoc ideo est. quia ex se nulli hominum contulit gratie perfectionem :-

¶ Capm. 16. q status ille erat similr imperfectus quantum ad finem in quem dirigebat. qui est eterna beatitudo ad quam suos cultores intendebat adducere. nec tamen in illam inducebat eosdem :-

¶ Quod aut dictum est superius de legis imperfectione qntum ad precepta contenta in ejus corpore eo quod ex se neminem justificarent. hoc idem facilime patet de eorum ultimo fine. s. de eterna beatitudine ad quam imperfecte suos cultores dirigebat eo tempore. quia illam non promitebat aperte sed umbratice et sub quibusdam figuris felicitatis terrene quibus eterna beatitudo significabat. Et hec quidem figurativa promissio intelligenda est quo ad multitudinem que adhuc. rudis et animalis erat. Nam quantum ad aliquos viros particulares quos dicere possumus euangelicos aliter se habebat. quia sic in misterijs fidei clarius illuminati erant. ita in hmoi promissionibus altius sentiebant. ut declarat. s. tho. 3. gen. di. ultima. q. 4. ar. p. Et hoc est quod dicit Augustinus .10. de ciui. dei. c. 15. ubi inquit. hec aut lex distributione temporum data est que prius haberet ut dictum est promissa terrena. quibus tn figurarent eterna que uisibilibus Sacramentis celebrarent multi. intelligerent pauci. Unius tn dei cultus aptissima illic. et uocum et rerum omnium contestacione percipitur Hec ille. Tota igitur pollicitacio. in apta promissione. que illi rudi multitudine proponebatur erat de temporali possessione. et de ejus abundancia pace tranquilitate. ut tam ex lege quam ex prophetarum oraculis clarissime patet. in his tamen. Eterna beatitudo multimode figurabat. que xpo adueniente aptissima uoce fidelibus iam debebat promitti. ac eisdem acarnis pondere. cum essent soluti. realiter et cum effectu debebat conferri. Et hoc quidem ordinatissime manifestum est contigisse secundum q ex superioribus facilr potest induci Nam gra dei. efficit hominem dignum uita eterna. ut dicit Aplus ad. Ro. 6. gratia dei uita eterna. Propter q omnipotens deus suorum fidelium remunerator largifluus. utrunque eis donare dignatur. gram tamen preueniendo distribuit illis quos in eterna gloria beatificare disponit. ut dr. ps. 83. Gram et gloriam dabit dominus. Secundu igitur proportionem dispensationis gratie in illa ueteri lege. sic debuit promissio. eterne beatitudinis mensurari. quia est uelut quedam arra future glorie. Sed dictum est sup. cuncta illa legalia fuisse egena et infirma eo q quantu erat de se gratiam suis cultoribus non conferebant sed tantum figurabant. Ergo sic debuit esse de eterna beatitudine quod pro tunc non apte sed sub quibusdam figuris respicientibus ad futurum debuit eis promitti propterq sanctus. tho. in preallegato art. ex dictis :-

Beati Dionisij .4. c. Ecclesiastice hierarchie satis pulchre collocat statum euan
gelice legis medium. inter uetus testamentum et gloriam celestem et ideo dicit quod eter
na bona que in celesti gloria palam et copiose beatis fidelibus exhibentur eadem
illis in noua lege manifeste promiti debuerunt. in ueteri uero lege. solum
sub quibusdam figuris rerum temporalium que magis umbre quam uere rei
imagini assimilabantur. Et hoc est quod Aplus dicit. ad hebre. 1. c. breuibus
uerbis huiusmodi diferentiam comprehendens. ubi ait. Umbra futurorum bonorum
habens lex et non ipsam imaginem .s. ueram sicut lex euangelica con
tinet assignat autem .s. tho. in iam dicto arti. tres rationes quare eterna
premia sic figurari debuerunt in lege mosaica quarum prima est ut ex
hijs transitorijs et temporalibus que sensualiter cognoscebant paulatim a sue
fierent etiam adeo maiora sperare. qui sic eis in his temporalibus abun
dantissime prouidebat. et sic efficerentur aptiores ad diuina percipienda que
processu temporis reuelari debebant. Secunda uero. que dependet ex ista
est ut non solum eorum cognitio que sensibiliter in figuris instruebatur in
sacrificijs sed etiam affectus manuduceretur a temporalibus ad eterna
Nam ut sepius dictum est. Rudis illa communitas ad modum pueri tunc
temporis se habebat qui non apreciatur in suo ualore res magnas Immo.
nec afficitur autem potest capere eas nisi prius manuducatur per quedam
infima et sensibilia et ideo sicut sensibiliter et in quodam communi instrue
bantur in fide ita sensibiliter in temporalibus promissis debebant induci
ut ex illis possent ad superna aspirare. Et hoc est quod dicit Aplus. ad gala. 3.
quod sicut de fidei instructione ita et de celestium promissione intelligendum
est. s. lex pedagogus noster fuit in xpo. 1. sic nos instruxit et direxit
usque ad xpum quemadmodum puer instruitur et dirigitur per pedagogum
hoc totum expressius dicit Aug. 10. de ciui. dei. c. 14. Sicut autem inquit
unius hominis ita humani generis quod ad dei populum pertinet recta
eruditio per quosdam articulos temporum tanquam etatum proffecit. acce
sibus. ut a temporalibus. ad eterna capienda et a uisibilibus ad inuisi
bilia surgeretur. ita sane. ut etiam illo tempore quo uisibilia promitebantur diuinitus
premia Unus tamen colendus commendaretur deus. ne mens humana uel pro ipsis te
rrenis uite transitorie beneficijs cuiquam nisi uero anime creatori ac domino
subderetur. omnia quippe que prestare hominibus uel angeli uel homines
possunt in unius esse omnipotentis potestate quisquis difitetur insanit
Hec ille. Tercia autem Ratio fuit quia superflue uiderentur tunc tempo
ris bona eterna promiti cum statim non possint eis exhiberi nondum
soluto precio redemptionis humane unde ex hoc magis grauarentur
et deficerent quam aleuiarentur et proficerent Judicantes talem promissionem.

quodam modo inefficacem ex dilatione promissorum. Nam spes que differtur affligit animum ut habetur Prouer. 13. quod licet in omnibus locum haberet cum essent infirmi spiritualis tamen hoc contingeret in infirmioribus de hac autem imperfectione preceptorum ueteris legis quibus sola terrena promittebantur et de eius congruentissimo ordine respectu Euangelice legis. in qua celestia palam promitti debebant loquitur. aug. in. i. li. de sermone domini in monte. sic dicens. Si queritur quid significet mons. s. in quo xpus daturus Euangelicam legem ascendit ut habetur. m. 5. bene intelligitur significare maiora precepta iusticie quia minora erant que iudeis data sunt unus tamen deus per sanctos prophetas et famulos suos secundum ordinatissimam distributionem temporum dedit minora precepta populo. que timore adhuc alligari oportebat. et per filium suum maiora populo quem charitate iam liberari conuenerat. Cum autem minora minoribus maiora maioribus dantur ab eo dantur qui solus nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam. Nec mirum est quod dantur precepta maiora propter regnum cellorum et minora data sunt propter regnum terrenum ab eodem uno deo qui fecit celum et terram. hec ibi. Et sic ad propositum concludendo patet illius legis ueteris imperfectio circa finem ultimum qui dicitur beatitudo ad quam suos cultores intendebat adducere quantamen eis nec solo uerbo aperte unquam promisit

¶ Capitulum 17. quod status ueteris legis fuit similiter imperfectus quo ad eius publicationem et ciuium usum et administracionem conuictum et conuersationem.

¶ Vltima autem illius status ueteris imperfectio quantum ad presens propositum expectare uidetur erat. quod lex illa dei non omnibus gentibus data est nec eisdem omnibus deus eam publicari mandauit quam nullus extra populum illum tenebatur recipere et obseruare etiam si sibi predicaretur quotidie ut superius. capitulo undecimo aliqualiter declaraui hoc tamen habebat secum quandam imperfectionem illius legis lationis. Nam cum in aliis etiam populis deus plures fideles haberet qui eum rectissime colerent pertinentes ad ueram ecclesiam dei sicut superius declaraui, erat hoc quedam nota imperfectionis ut inter ueros unius altissimi dei fideles esset tanta diuersitas cultus eius et differentia modi uiuendi. Nam cum ecclesia militans ordinetur ad exemplar et similitudinem triumphantis ecclesie. tanto status eius magis accedit ad perfectionem quanto magis conformatur eidem. in his que sibi possibilia sunt dum in hac peregrinacione conuersatur et uiuit. Sed in illa celesti patria est summa unitas et concordia. Vbi deus omnia in omnibus ergo sic debet esse in ecclesia militante quod ad hoc quod status eius sit in sua

perfectione debet esse vnicus ñ omnibꝫ fidelibꝫ suis quantum ad
fidem et sacrificiá et esus legis lacionem hoc tamé solú completum
est postꝙ xpus aduenit ñ statu esus sanctissime legis ut mfre uidꝫ
patebit a qua tamé unione multum status ueteris festiuitatis uidebat
distare, cum hunc temporis contineret suos fideles ñ tanta diuersitate
te cultus et sacrificij et diuersi modi uiuendi - nec uellet eos ad hmoi
vnionem quomodolt obligare et ideo. concludit̃ rationabiliter qꝫ status
ille quantum ad hoc imperfectus fuit. Amplius aut cum tanta esset
hominum multitudo qui uiuebant ubiqꝫ terrarꝫ de quibꝫ omnibus est
ex salute solus deus curam habebat tanꝙ de propriis suis mirabili
bus creaturis. ad quandam quodam modo imperfectionem non integre
prouisionis pertinere uidebat. quod uni tantum populo se reuelaret aptre
et legem et cerimonias ei traderet quibus eum recte colendo posset
saluari et hmoi huiusmodi que uergebant in esus specialem comodum
et fauorem alteras uero gentes sine aliqua tali lege et speciali pro
uisione relinqueret. cum eisdem omnibus similiter indigerent. hoc tamé
non erat ex aliqua psonarꝫ acceptione. et dei prouidentis imperfectione
quia in eo mal hmoi cadere potest. cum ex mera liberalitate dispenset. quę
psonarꝫ acceptionem nunꝙ faciat. quia in his solum psonarꝫ acceptio locú
habet que dispensant per modum iustitie. premaꝫ cum ipse ómibus suis ope
ribus put ubilibet conspicit sufficientissime larga benedictione prouideat
et dispenset ps. 144. Oculi omnium in te sperant domine et tu das es
cam illorꝫ in tempore opportuno aperis tu manum tuam et imples omne ani
mal benedictione Et ideo licet omnibꝫ prout expediens erat prouidebat
sufficienter quantum erat ex se. et Omnem hominem operantem iustitiam acep
tabat, Propter qꝫ petrus uidens fidem et deuotionem cornelij. et aiam
quam deus habuit. de esus salute. concludit dicens. actuum. 10. In ueritate
comperi quoniam non est psonarꝫ acceptor deus Sed in omni gente, qui timet
deum et operatur iustitiam acceptus est illi. Tota igitur hec imperfectio
diuine reuelationis quantum ad priorem legem proueniebat ex conditione
status imperfecti qui tunc temporis sic debebat disponi. Vt postmodum
congruo ordine et debito tempore posset perfici. et sic concludimus idem
quod supra de illius status imperfectione Ex his duobus predictis. Sequi
tur aliud maiub qꝫ comitabatur iustitiam illum statum .s. qꝫ Iudei
superbo quodam superciliosi erecti. abominabant cęteras gentes gentiles et
in despectu. nisi ex aliqua speciali causa singulares aliquas psonas aut
populum diligerent eo qꝫ seipsos uidebant inter omnes alios pereaque

predicta sunt deo singulari quodam amore coniungi. Sicut et aliquando aliqui vani religiosi solent ceteros homines despicere. et quodam modo ab hominarij dicentes illud Ysaie. 65. Recede a me non appropinques michi quia mundus es. Propter quod non dubitabant eos quocunq; modo grauare per vsuras et alia huiusmodi licet esset contra dictamen naturalis iusticie. hanc autem abhominacionem iudeorum ad ceteras gentes conclusit petrus loquens ad cornelium. mirabiliter de omni gentili. actuum. 10 Vos inquit scitis quomodo abhominabile sit viro iudeo. coniungi aut accedere ad alienigenam. Et c. 11. sequit. Cum adiisset autem Petrus ierusalem disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcisione dicentes. Quare introisti ad viros preputium habentes et manducasti cum illis. Hoc autem ideo erat. quia quocunq; modo separabant se abeis quantucunq; essent fideles et boni sicut erat cornelius. Immo nec samaritanos secum recipiebant qui legem mi moysi licet in parte aliqua obseruabant. nec eis coutebant in aliquo. ut dr. Jo. 4. non enim cohabitant iudei samaritanis Unde eodem cap. premisit mulieri samaritane dicens ad ihesum. quomodo tu iudeus cum sis. bibere a me poscis que sum mulier samaritana? Nec solum dum permanerent in gentilitate eos despiciebat sed etiam postquam essent ad iudaismum conuersi. quantumcunq; viderentur esse uere iudei. eos semper alienigenas reputantes et non sua omnibus eis communi sed dispari lege tractantes. nec ad dignitates officia et honores eos secundum merita recipiebant. quemadmodum alios ex iudeorum genere in tali casu recepissent. propter quod. et deus spiritu lege mandauit de quibusdam quod non abominarent eos sed diligerent tertio quoq; fratres et quorum filij ex tertia generatione recipierent ad omnem honorem officium et dignitatem sicut erant idumei et egyptij. deute. 23. Non abominabitur idumeum quia frater tuus est. nec egyptium. quia aduena fuisti in terra ejus. qui nati fuerint ex eis. tertia generatione. introibunt ecclesiam dei de aliis autem promittebat quorum eos abhominarent. et nunquam secum recipierent pari gradu honoris et dignitatis. sicut ibidem premittitur de ammonitis et moabitis. Ad hunc autem statum imperfectionem similiter accedit. quorum officia. et honores eciam inter omnes ejusdem populi conatues. non equaliter pro merito cuiusque donabantur. sed dignitas sacerdotalis. et administrationis officiorum templi tribui. s. leui erat applicata. cui sicut paterne hereditatis. ex eodem tribu descendentes posteri succedebant. et hoc diuersimode per officia sibi data. in sumi sacerdotem. filij sumi sacerdotis aaron. et sic deinceps ut patet. exo. 28. Et similiter. caathite. gersonite. et merarite ministrantes unusquisq; in ordine suo succedebant filij per generationes suas in singulis officijs. ut patet num. 4. et 3. cap. Hoc autem ad quandam imperfectionem. in ministerijs illius status uidetur pertinere cum aliquando inuenirent in aliis tribus homines sanctiores

et pro huiusmodi officijs Aptiores qui possent perfectius deo seruiendo in eius ta
bernaculo ministrare. et ex illa tribu plurimi essent mali qui taliter seruien
do deum offendebant. et se ipsos damnabant et populum scandalizabant et
peruertebant propterque deus multotiens punebat eos aperta iusticia. ut de
multis posset satis per exempla monstrari. Ad hoc idem similiter accedit quod
totum illum ministerium sacrificiorum erat multis irregularitatibus subiectum
et inuolutum tam ex parte ministrancium quam ex parte offerentium ita ut
etiam conciues populi illius sub eadem lege viuentes cum maxima dificultate
et labore ad illa accederent. tam ministrantes quam offerentes. Iste autem irre
gularitates et immundicie contrahebant. ex causis leuissimis. in quibusdam
rebus rudibus et corporeis. que proprie non attinebant aliquid ad uitia uel
uirtutes. erant tamen multiplices. et maxime impedientes sicut patet leui
tici. 5. c. in principio. et eiusdem libri. c. 15. per totum et numeri. 19. c.
quasi per totum. et in alijs quibusdam locis, propterquod hec omnia quandam
imperfectionem in statu illo ueteri conotabant. que per xpum aufferri de
bebat. Vnde ex superioribus sequitur Ecclesiam fidelium tunc temporis fuisse
in statu suo quodam modo depresam et imperfectam. in tam paucis fide
libus. et tanta disparitate diuisis. et tantis obstaculis impeditis. Erat
similiter ab alijs gentibus quodam modo conculcata. Nam quemadmodum Iudei
abhominabantur alias nationes. sic et illi oderant et persequebantur ipsos Iu
deos et pluries eorum peccatis exigentibus. deuicti sunt ab eis et dispersi ac
in captiuitatem ducti. et templum prophanatum et destructum. et vasa sacra
ab eis asportata. Imo et libri legis combusti. Et ob hac status imperfectionem
deridebantur boni fideles. qui pauci tunc temporis erant et premebantur
ab infidelibus pessimis et ydolatris. et hoc vbicunque essent. siue in populo
illo ab eo separati. unde de sancto loth. ad huiusmodi fidelium Ecclesiam ante
datam legem pertinente, loquitur Beatus Petrus exprimens eius amaritu
dinis opressionem. 2a. pe. 2o. dicens. Iustum loth. oppressum a nefandorum in
iuria. ac luxuriosa conuersatione eripuit. s. deus. Aspectu enim et auditu
Iustus erat habitus. apud eos. qui de die in diem animam iustam iniquis
operibus cruciabant. Et ideo non immerito gemebat Ecclesia fidelium desiderans
xpum aprehendere incarnatum perquem ab his omnibus redimi et liberari
debebat. ut iam deinceps nullus contempneret eam. Sub cuius nomine scribitur
canti. vltimo. quis michi det te fratrem meum sugentem ubera matris mee
ut inueniam te solum foris et deosculer te. ut iam nemo me despiciat et
vocat autem Ecclesia xpum fratrem et suggentem ubera matris eius hoc est partici
pacionem. s. humane nature. et legalis obseruancie. cui voluntarie se subiecit
in. 5. Qui multos fratres in gloriam debebat adducere ut ipse esset primo ge
nitus in eis omnibus. ut dicit Aplus ad ro. 8. Quos presciuit et predestinauit

conformes fieri imagini filij dei ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. quos aut ꝓdestinauit hos et vocauit et quos uocauit hos et iustificauit. quos aut iustificauit. hos et magnificauit. Et hunc foris uenire desiderat. s. ꝓmisse ulim mi carnahóms ut iam nondes pricatur ab hoste eam ob peccatum primi parentis captiuam ferente. et similiter ab infidelibus ejus membris eam multimode ꝓsequentibꝫ et nedes pricatur similiter. ex ipsa sua imperfectióne. aqua per xpm debebat redimi et liberari. in tantum. ut etiam ab ipsis angelis mereretur honorari. Vnde beatus gregorius exponens predicta uerba canticoꝝ sic dicit ad propositum. In ueteri lege ꝛcē posita xpm expectabat. et exoptabat. et in secreto patris manentem foris uenire per carnem ad oculos humanos non mediocriter cupiebat. Vnde dauid desiderans dicebat. exurge et uenepellas in finem. et alibi. inclina celos tuos et descende. Et Isaias. ualde cupiens eum uidere dicebat, Vtinam disrumperes celos et uenires. Vult ergo sponsa foris sponsum uenire et deosculari. quia concupiscit. Sub lege posita ut per carnem appareat. ut ei per amorem seruiat. cui prius. non exempta gratia plus timore quam amore seruiebat. post cujus osculum iam a nemine despicitur. quia postꝫ xpus uenit. et fidelibus suis spm libertatis infudit ab ipsis etiam angelis ꝛcē sancta honorantur. Hinc est ꝙ Josue angelum adorauit Joanni uero uolenti se adorare dixit. uide ne feceris. conseruus. enim tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium ihu, hec ille:-

¶ Cap. 17. ꝙ licet status ueteris testi quantum ad ista ꝺnq; suꝑdicta esset imperfectus. Si absolute consideret. in quibus considerata ullius populi conditione erant sibi conuenientia. et in eis ordinabat quantum ad eum recta et ꝓfecta policia. que alias esset eidem nociua. quantucunq; ista essent perfecta/.

¶ Considerandum aut propter ea que dicta sunt. de his. s. superius annotatis. in quibus ostensum est. ꝑplum illum fuisse imperfectum. quod non est. existimandum ꝙ lex dei que, huiusmodi data est. fuerit mala aut fides non uera uel sacrificia superstitiosa nequis forte seducatur cum misero manicheo. qui illum prothinum statum ueteris testi cum suis auctoribus. et deo idem confitente damnabat. asserens illum fuisse malum. et adeo malo datum. que omnia abhominanda penitus et irridenda sunt. Nec enim solum adeo alienum est uero datum est. sed etiam ipsum bonum est. Imo optimum et perfectum per respectum ad illum populum. cui tunc temporis datum est. In tantum enim fides et sacrificia illius populi. et ejus policia ac cetera ad hujusmodi pertinentia fuerunt. eidem populo tunc temporis optima et perfecta. ꝙ si data data fuissent eis alia ꝓfectiora redderentur eis mala pernitiosa et nociua.

Pro quo considerandum est quod non quecunque policia est cuicunque populo bona uti
lis et proficua. licet in se ipsa considerata iudicetur optima et perfecta sed
illa que secundum conditionem eius. est ei conformior et tolerabilior. alias
quantuncunque esset bona redderetur ei inutilis ei et nociua. Nam cum policia
ordinetur ad populum regulandum et pacifice eum regendum. talis debet
ordinari que populo cui imponitur melius et ordinacius possit in timori con
uenire considerata eius et loci et temporis conditione. Si ergo contingat
populum esse imperfectum rudem et indispositum. quicunque uellet illum regere
et gubernare et regulare perfectissima policia. et eum sublimius ordinare. talis ipsum
destrueret et penitus conturbaret. tamquam regens eum regula sibi indebita
et incongrua. Illa tamen policia in se ipsa considerata erit optima et per
fecta sed non tali populo aplicata quia redditur ei pessima et imperfecta
propter eius dispositionem contrariam. Per oppositum uero aliam policiam minus
bona. immo et imperfecta in se ipsa. erit tali populo optima et proficua et
dirigetur et regulabitur per eam tamquam quedam sibi conuenientissima
regula. Cui satis concordat. quod dicit Aristo. 5. ethi. ubi tractat de Epijqueya
que est uirtus quedam directiua iusti legalis. per quam iudices recte
se habent. in exequendo particularia negotia iusticie. aplicando ad illa
leges comunes. et quodam modo uniuersales ipsius policie secundum quod casus
expetit. consideratis omnibus particularibus circunstancijs quas legis latores
nullo modo potuerunt preuidere quantucunque essent doctissimi. secundum
quod in quolibet casu possent accidere. et hoc propter uariabilitatem. et innu
merositatem humanorum actuum ad quos regendos et ordinandos leges con
diderunt. Qui tamen sunt tam uarij. et innumerabiles quod nullo modo cadunt
sub arte uel sub aliqua narracione. ut dicit. philus. primo. ethi. et sic non po
tuerunt ab eis integre preuideri. propter quod. licet esset optimum et
in se perfectissimum. ut omnia iudicia. essent a legibus particulariter usque
ad hultimum explicita et determinata. et nulla remanerent in arbitrio
iudicum dirigenda. et leges ipse essent uelut ferree que ab eis interpretari
non possent nec quomodolibet aliter quam sicut in suo rigore sonant ad casus
particulariter aplicari. et nunc uni intellectui nunc alteri inherere et
aliquando unam legem alteram aliam excludere. et hoc ad obuiandum
in futurum eorum impericie et malicie. nequoquo modo possent ad iniusti
ciam declinare. ut innuit Aristo. primo. rethori. non tamen hoc fuit posibile
aliquo modo propter dictam uariabilitatem et innumerositatem actuum hu
manorum et ideo legis latores. qui leges condiderunt. actus humanos quantum
sibi posibile fuit per easdem direxerunt pauciora quam potuerunt deter

minanda Judicibus relinquentes. Ubi tamē amplius agere non potuerūt
eisdem tacite uel expresse cōmisserunt. ut secundū particulares casus negociorū
et eorū diuersas circunstancias. agrauantes uel excusantes. Sic legibus uterentur
quas ideo sibi uelut plumbeas interpretabiles. et aplicabiles reliquerunt
adeo ut aliquando sit neccese. uerba legis latoris penitus pretermitere ut
recte seqntur eius intencionem que. s. est opus debitum Justiciē et uirtu
tis cuilibet obseruare in ordine ad bonum cōmune. A qua tn intencione
ipsa eius uerba uidentur. in tali casu omnino discordare. quia si sic ma
terialiter obseruarentur hec oīa. in tali Judicio. corrumperentur. sicut de fa
cili posset. exemplariter declarari. si hoc pns negocium expeteret. ppterqd
hec uirtus supradicta. est ipsis Judicibus multum neccesaria ad leges
recte interpretandum. et easdem particularibus actibus debite aplican
dum. Nam leges prout cōmuniter manent aplicabiles et flexibiles.
et si alique continent in se strictos. et indispensabiles rigores nisi ex
multum urgenti causa. et in paucis casibus hoc fiat prout cōmuniter sunt ppto
nimis periculose propter iam dictam causam unde concludit ibi. phus de phle
gibilitate legum ponens satis aptum et palpabile exemplum dicit enim qd in
quandam insula que dr lesbia sunt lapides durissimi. et male dolabiles propter
quod artifices lapidiscide licet soleant. uti regulis ferreis et in flexibilibus
ad dolandos lapides pro artificijs et tales sint eis neccesarie et conuenientes
arti suę tamē ibi utuntur regulis plumbeis pro lapidibus illis ut eas possint
ad eorū tortuositates aplicare et sic eos quomodo regulare et in edificijs collo
care ita dicit ipse oportere esse de legibus quia debent esse flexibiles ut possint
interpretari et dispensabiles ut possint humanis actibus conuenire. qui propter
dictam causam non se patiuntur aliter regulari. Nunc ergo ad propositum
sic uidetur contigisse tunc temporis in populo dei. quia propter eorū Rudi
tatē et duriciem et crudelitatem non sunt eis reuelata altiora fidei mis
teria nec sunt eis proposita perfectiora Judicia Imo sunt eis concessa multa
que de se et absolute sunt mala et hoc tanqz regerentur adeo in illa ueteri
policia uelut quadam plumbea regula aplicabili ad eorū tortuosam et duris
simam conditionem eo quod non possent regi regula directissima. et perfecta
Imo si eis impossita fuerat redderetur eis impertinens et nocilia. Aparet
aut hoc clarissime de primo illorū quinqz silicet de imperfectione fidei eo
qd eis tunc temporis pposita erat implicita et figuris inuoluta et hoc sic con
ueniebat eis contrarium uero redderet ipsos idolatras et infideles. Nam cum
essent rudes et ad idolatriā proni. si deus eis psonarū trinitatem credendam
pponeret in diuinis statim tres deos indubitanter adorarent. et eis diuersas
imagines et partita sacrificia assignarent quantumcūqz cohiberentur a lege.

Nam ꝑ absentiam moysi habita minima oportunitate fecerunt sibi uitu
lum pro deo quem adorauerunt eo quod uiderant in egipto apim deum
egiptiorum in specie bouis qui reputabatur apud egiptios aliquod magnū
numem. et velut viuens multociens arte demanum apparebat et ambu
labat ante egiptios. ipsum colentes. sic dicunt. nicholaus et alij doctores
ꝓpter hec et similia ne in heresim aut idolatriam laberent. maxa cautela
se habuit deus cum illis. in dando eisdem legem et fidem quam de eo
habere debebant, astruendo quia hoc cum quibusdam terroribus egit cum
eis ut comprimerent ne lasciuiendo ad idolatriam declinarent nullā eis
formā aut similitudinē qm̄ videre possent ostendit. ne eam pro deo ado
rarent sicut moyses longius de hujusmodi eos postmodū contestatus est.
Speculati. de utero. 4. quasi per totum ubi inter alia dixit. Locutusq.
est dominus ad uos de medio ignis uocem verborum ejus audistis et formā
penitus non uidistis. Et infra. Custodite ergo animas vras. Non uidistis
aliquam similitudinem. in die qua locutus est dominus uobis in oreb de
medio ignis ne forte decepti faciatis uobis sculptam similitudinem aut
imaginem masculi uel femine, similitudinem omnium jumentorum que
sunt super terram uel auium sub celo uiuentium atq; reptilium que
mouent in terra. Siue piscium que sub terra morant. in aquis ne forte
oculis eleuatis ad celum uideas celum. solem et lunam. et omnia astra
celi et errore deceptus adores ea et colas que creauit dominus deus tuus
in ministerium cunctis gentibus que sub celo sunt. hec. ibi. Hoc aūt totū
factum est propter eorum rudem et labilem capacitatem que facile decipie
batur et ad idolatriam inclinabat. Vnde si deus eis tunc. misteria euā
gelice fidei reuelasset nil aliud esset q̄ proijcere margaritas ante porcos
qui eas suis pedibus conculcarent. ut dr. m. 7. et inde se ipsos in uarios
et nefandissimos errores conuerterent unde illuminari et dirigi debuissent
non valentes ferre tante fidei perfectionem ideo sufficiens fuit pro tunc
Imo sic necessario expediuit ut quibusdā patribus uiris euangelicis et per
fectis reuelarent arcana fidei misteria in lumine clariori. ceteris vero
quibus lex dabatur eadem proponerent. in quodam gnli et cōmuni prout
expediebat eorum grositrei et ruditati. Nam ut ex autoritate. beati
Aug. superius cap. 16. inductum est ad hoc. solum omnia illa legis pre
cepta et fidei inuoluta misteria antiquitus ordinabantur. ut scilicet solum
Vnus deus a fidelibus illius temporis monstraret esse colendus. nec cuiq;
alij nisi uero deo subderent. et hoc erat satis pro tempore illo ut ab idola
tria quomodolt arcerentur. Cetera uero fidei misteria que populus ille

nec dum capere poterat reseruabat̃ Statuit euangelio per xp̃m adquem
dia dirigebant. suo tempore reuelanda ac clarius quodam̃ Jam uocab̃ predicata
cum ꝑpheis ille tanq̃ expuero factus fuisset adultus uelut si Jam reuisset
m̃ hominem qui hm̃oi sacra reuelata misteria libere et absq̃ errorꝭ periculo
possit accipere. De his loquit. S. tho. 2ª. 2æ. q. 98. aꝛ. 2º. Signanter m̃
respõsione ad primũ. Hoc idem patet de secundo scilicet de sacrificijs et
eoꝝ expedienti imperfectione. Nam propter dictam causam uoluit deus.
tantam multitudinẽ sacrificioꝝ tam mutilem et sumptuosam sibi a Judeis
offerri tunc temporis et cum tantis et tam multiplicibꝫ cerimonijs m̃ effu
sione sanguinis animalium et m̃ crematione uloꝝ cadauerum et hic de ceteris
ut scilicet secũdũ eoꝝ eudem modum qualitercunq̃ colerentur abeis. Volens
potius ea sibi offerri quam idolis ut dicit. magr. 4. sen. di. 1ª. ad quod ipsi
erant maxime m̃chinati imo et a suefacti ꝓpterq̃ eos m̃ offerendis hm̃oi sacrificijs
multis irregularitatibꝫ et m̃mundicijs uuoluit. ut semper essent occupati
tam m̃ oblationibꝫ q̃ m̃ similibꝫ expiationibꝫ ne forte ab eisdem vacantes
ad idola declinarent. Et ideo hec et similia ꝓmisit imo districto rigore
sibi offerri mandauit et cum essent m̃ munda per ea tamẽ eos mundari
precepit et cum essent fetida et mutila sibi tamen suauissima et placida
esse demonstrauit. dicens q̃ cremarentur coram eo et q̃ talis combustio erat
sibi odor suauissimꝰ. leuit. 3. et hoc ut magis ipsi affligerent uidentes q̃liter
deus eoꝝ opera apreciabatur. fuit tamẽ hoc pro tunc expediens et bonum
ut saltem sic traherent ad ueram dei cognitionem licet. Rudem et q̃lemcunq̃
utcum solum deum uerum esse crederent. et eum solum q̃literacunq̃ colerent
Et ideo nec altaria. nec sphalteria sacrificia eos decebant sicut nec fidei
clariorẽ reuelationem quia eis multum obessent. hoc idem apertius patet
de tercio scilicet de lege. et ejus pro tunc congrua imperfectione. nam side
dissent eis alterum modũ uiuendi. cum ipsi essent imperfecti. grauius delm
querent et eandem cibis a se expellerent. nec aliquo modo eam ferre po
tuissent. ideo necessaria fuit eoꝝ imperfectioni talis lex que multa
concederet et pauca uetaret. Et ita eoꝝ sensibiles apetitus multum
se distenderet et ampliaret. Erant enim carnales et duri. ideo si displi
cente sibi uxore propter aliquam fedilatem deus eam a se abijcere cum
libello repudij non permitteret protinus adulterarent. aut concubinas
m̃ducerent. Imo quod grauius est eandem non ualentes sustinere m̃du
bitanter occiderent. ideo decuit libellus repudij. Item cum essent
crudeles et ad effusionem sanguinis proni. si deus ultum qui alterum ig
noranter occidit m̃ aliquam ciuitatem refugij uellet imponam non recu
deret m̃ dubitanter eum parentes occisi interficerent. et quia si inde exiret

insidiarent ei et eum occiderent ideo eum premonuit ut se custodiret et illos inde exeuntem libere permisit occidere ut sic saltem eum manentem in ciuitate tutum relinqueret. Item quia erant in misericordes et cupidi si eis non permiteret dare ad usuram extraneis fratres suos talibus usuris grauarent. non se ualentes ab huiusmodi abstinere Imo eos etiam penuria et fame perire permiterent. ideo ut saltem inter se essent misericordes et regulati permissum est eis dare ad usuram extraneis et solum in eis efrenare suam duriciem et cupiditatem. Et sic. posset clare patere de singulis circa eos illius legis imperfectionibus que ita illi populo expediebant ut sine illis status policie et eius regiminis durare non posset. Hoc idem multo clarius patet. de xpo. s. de fine in quem suos cultores intendebat adducere eo quod non uitam eternam sed solam terrenam promiteret Nam cum ille esset status cuiusdam puericie non poterat capere celestia promissa. nisi sub quibusdam rerum temporalium figuris allicerent ad illa. suo tempore apertius promitenda. et reali conferenda Ideo non decuerunt illum ueterem statum maiora promissa, sed talia sensibilia et terrena erant eius imperfectioni conueniencia secundum quod dicit Aplus. ad. gala. 4. Vt larguis declaratum est. sup. c. 16. Hoc idem clarissime patet de imperfectione illius pollicie quantum ad eius usum et comunicationem et quantum ad ciuium inter se conuictum et conuersacionem. Nam ex dictis claret quod talis policia decebat illum statum ut poset conseruari. Secundum quod larguis declarari posset quod causa breuitatis omnino Vnum tamen est. his omnibus generale scilicet eorum ruditas. duricies et imperfectio. ex quibus ista necessario sic imperfecta conueniebant illi populo secundum quod ipse deus noster omnipotens dans moysi legem in tabulis testatus est dicens. exodi. 32. Cerno quod populus iste dure ceruicis sit quod et moyses. ad eundem populum similiter contestatus est. exo. 33. et. deut. 31. dixit ad populum Ego enim scio contentionem tuam et ceruicem tuam durissimam etc. Vnde et saluator loquens de libello repudij hoc unico verbo conclusit dicens. m. 19. Quoniam moyses ad duriciam cordis vri permisit vobis dimittere uxores vras ab initio autem non fuit sic. Hec autem causa permissionis in libello repudij. s. eorum duricies erat in ceteris omnibus:.

¶ Cap. 19. quod iste permissiones de dando ad usuram extraneis et de dando libellum repudij et de similibus alijs ueteri legi propter imperfectionem populi concessis. licet in se essent illicite ex permissione tamen aut concessione dei fiebant licite Judeis/.

¶ Sed sto quod talis policia propter eorum indispositionem et rudem imperfectionem Judeis tunc temporis conueniret est tamen dubium de quibusdam

Contra dictamem recte rationis et iuris naturalis que videntur concessa
fuisse eisdem Judeis quatenus potuerunt sine mortali peccato uti eis cum
absolute et per se essent mala et cuilibet homini de necessitate salutis evi
tanda. sicut fuit dare ad usuram et dare libellum repudij et inimicum
etiam innocentem occidere. et si qua alia similia sunt eis concessa que na
turali justicie videantur esse contraria. Nam de illa imperfecta revelacione
fidei et rudi. et inutili modo sacrificiorum et de similibus eorum imperfectionibus
jam non est dubium cum ostensum sit superius qualiter ista pro tunc
sufficerent Judeis ad sperandam salutem eternam per xpum suo tempore
revelandam. in istis enim licet essent imperfecta eo quod eis sic conveniebat
nil tamen in eis continebatur contra rectam fidem aut contra verum dei cul
tum quod eorum eternae saluti posset obsistere. Illa vero de quibus obijcitur
non solum eorum salvationi adversantur tanquam per se mala et omni homini
fugienda sed etiam totam legem corrumpere videntur et efficere eam malam
Nam ut de moralibus. nunc sit dictum ubi aliquid malum est necesse
est totum illud cui commiscetur esse malum eo quod bonum non potest con
sistere nisi ex integra causa concurrentibus in unum omnibus circum
stanciis necessarijs hinc inde bene ordinatis. malum autem provenit ex
defectibus singularibus quorum unus si per se malus sit sufficit ad
corruptionem totius cui accedit talis defectus. secundum quod dicit
dionisius. et similiter colligitur ab. Aristo. ex .2. ethi. Dato igitur quod
tota lex dei esset perfectissime ordinata si tamen unus solus similis
defectus esset in illa ut puta quod preciperet aliquod per se malum aut et
concederet illud. statim eadem tota ex ejus accesu efficeretur mala
dum tamen illud post preceptum aut concessionem maneret semper malum quod
de his que supra dicta sunt satis videtur esse suspicandum. et sic videntur
vergere in totius legis corruptionem et detrimentum presertim cum deus
eadem precepto legis firmaverit Nam secus esset si ea preter legem
dissimulasset ad quod cum sacris doctoribus respondetur. quod licet
ista videantur esse contra decalogum in quo traduntur precepta nature
verum est quod contraria sunt ei. si respiciantur absolute non tamen post
divinam permissionem aut concessionem. Nam secundum quod ponit. s. tho.
.3. sen. di. 37. ar. 4. deus potest conditiones decalogo contrarias au
ferre et eadem facta que cum illis conditionibus erant mortifera et
nefanda ordinate precipere aut permitere et ille cui sic precipitur
aut permittitur potest eisdem licite uti. observato tam modo et ordine
divini precepti aut permissionis verbi gratia. Accedere ad non suam est.

Actus fornicationis ablata tamē hac consuetudine. s. non sua. quedum sta
ret faciebat actum fornicarium contra decalogū militantē. manebit tunc
talem actum non esse contra decalogū. nec per consequens fornicarium. Et
tamē deus potest auferre hanc condicionem. s. non suam. et tunc accedens ad
illam non peccat. nec agit contra diuina precepta. sicut et ante ageret acce
dens ad non suam. Nec hoc est multum mirandū. et incredibile. cum deus
possit ut. s. tho. ibidem. dicit. etiam mutare naturam et aliter instituere
illam. et tunc. id quod ante erat contra naturam esset iam secundum na
turam. Hoc tamen nulli homini concessū est q̄ precipiāt uel permittat contra
decalogum. sicut nec ulli concessum est. esse illius institutorem aut dominū
secus aūt est. q̄ iuste interpretetur et declaret illum per respectum ad
particulares actus hominum fidelium sub eodem uiuentium. quia hoc conce
ditur rectoribus et prelatis. et in quibusdam etiam ipsis iudicibus secula
ribus. Nunc ergo ad propositum. Vsura consistit in quodam modo accipi
endi in iuste non suum. Si aūt ablata fuerit hec conditio. s. non suum
que militat contra decalogum iam non erit usura. nec p̄ consequens p̄ctum
Deus tamē potest illam aufferre in q̄libet re et quomcunq̄ voluerit quia po
test hominem talem rem posidentem dominio eius priuare. cum ipse sit
dominus rerum omnium presertim cum hec et similia p̄ eorum p̄ctis homines
mereantur. Tunc ergo priuato tali dominio aufertur etiam hec conditio
respectu accipientis. s. non suum. Et sic accipiendo non peccat. q̄ agens
contra decalogum aut contra ius naturale. in eo contentum. eo q̄ iam
non accipit non suum unde proueniebat p̄ctum ymo accipit suum postq̄
illud tale est sibi concessum ab vniuersalissimo et verissimo dn̄o. Isto.
ergo modo ex diuina promissione licite potuerunt iudei usuras accipere
ab illis gentibus quibus deus hoc sibi agere permissit quia ipso facto
quod eis hoc concessit priuabit illas gentes dominio illarum rerum quas
iudei in usuras accipere debebant ab eis. quia sicut absq̄ aliq̄ in iustitia
poterat in illis gentibus ipsas easdem res et quascunq̄ alias. aliquo casu
fortuito sibi placito dispergere et adnichilare immo etiam subito in
nichilum redigere. Sic iustissime potuit concedere illas a iudeis in usu
ras auferri et sic iudei non peccabant. quia non accipiebant non sua
sed illa que a potentissimo. et uero domino erant sibi concessa que et iam alijs
sublato eorum dominio non erant sua. licet possent licite posidere illa et
nullo modo si vellent tali hordine conferre iudeis usq̄ dum ista oīa
clare constarent eis. Hoc idem dicendum est. de libello repudij. Nam
illa mulier repudiata dei p̄missione efficiebatur non sua alius qui
repudiabat illam et ipse similiter efficiebatur nō suus et hoc. s. deo

potentissime auferente hanc condicionem .s. sua et suus. ut posset postmo
dum quicunque eorum libere aliter copulari ablata illa ante impediente con
dicione .s. sua et suus quaestante quicunque eorum adulteraretur si comisceretur
alteri. Poterat enim deus ipsa eadem hora qua uir mulierem repudiabat
eosdem per mortem disjungere. et sic matrimonium. quod inter eos erat
penitus disoluere. ut quicunque uiuens licite tunc copularetur alteri. nec
in hoc miraremur. aut injustum aliquid accidisse arbitraremur. Sic igitur
potuit eos verissime disjungere etiam dum uiuerent. conditionem matrimo
nij eorum ab eis auferendo .s. sua et suus. ut deinde manerent non sua et
non suus. et qui ante licite copulabantur conditionibus illis stantibus iam
deinde fornicarentur. si ad inuicem comiscerentur. easdem conditiones deo poten
tissime auferente. Signum autem diuini concursus in hac dispensacione uel
concessione erat libellus repudij. ut .s. eodato. non possent deinde copulariter
copulari. Ante illum tamen licet rixarentur. et inter se ex odio quodam
modo disjungerentur semper manebant conjuges ueri. Hoc similiter dici de
bet de homicidio inimici. ex diuina permissione aut concessione Nam
deus est dominus mortis et uitae. cui homines omnes sunt debitores mortis
tam justi quam injusti. saltem ex peccato primi parentis. et hanc mortem deus
potest a quocunque justissime exigere cum uoluerit. et quocunque modo et
in quocunque loco. et per quemcunque sibi placuerit. Sicut igitur potuit deus absque
aliqua injusticia hominem illum occidere quocunque alio modo .s. aliquo casu
fortuito. uel febre superueniente aut aliqua subitanea peste. et sic de
ceteris sic potuit eum occidere tali morte cujus ille qui inimicabatur ei esset
minister et executor et iam tunc non occidebat. innocentem. sed erat dei
minister in tali genere mortis quam deus ab illo homine qui eam sibi debebat
tunc per eum exigere uolebat. et ideo cum esset executor auctoritate diui
na non peccabat aut erat homicida. presertim cum tales homines adulti
aliqua alia actualia peccata egerint. quibus ultra comunem mortis omnibus
legem. strictius. et citius mortem subire meruerint. nisi deus misericorditer
ab hujusmodi abstinuerit. premaxime etiam cum deus talem hominem
premonuerit in lege. ut se ab inimico custodiret. Ro igitur ipso quod erat
incautus. et in memor suae salutis. in se non debite custodiendo. juste uide
batur perire Simile est de habraam. uolente occidere et immolare filium
suum Isaac. ut habetur. gene. 22. Nam ipse non intendebat. innocentem
occidere. sed deo obedire. cui Isaac erat debitor mortis quam tali ordine
mediante Abraam uolebat exigere. alias Abraam peccasset mortaliter
etiam solum uolendo filium occidere. sicut si eum realiter occidisset

licet non tam grauiter. Et tamē non solum non peccauit sed multum
conam deo altissime meruit. Simile est cōm de iudeis qui mandato do
mini expoliauerunt egiptum petendo mutua vasa aurea et argentea &c
ut habetur. exo. 12. Nam nec peccauerūt nec commiserunt furtum quia
non accipiebant rem alienam sed suam. deo auferente hanc condicionē
ab eis illis quas accipiebant. s. non suas. ut sic licite fierent sua Si tamen eorū
cupiditas non supergrederetur diuinum mandatum. s. hoc ex mera cupiditate
agendo tali intentione ut etiam si deus hoc non precepisset. michi dominus ipsi hoc
agerent quia tales si quid fecerunt. peccauerunt. furtum committendo. Simile est
etiam de osee cui mandauit deus. ut accederet ad mulierem fornicariam et
acciperet filios ex ea. osee. 1°. quia illa que antea erat non sua. ad tale diuina
facta est pro tunc sua deo simili auferente hanc condicionem. s. non sua. qua
condicione stante actus esset fornicarius. et militaret contra decalogum. quia
esset talis accessus ad non suam. quamuis in his tribus. exempli gra adiectus
sit facilior modus dispensationis. et leuior responsio dubitationis cōis quę fuerit
ex mera dei voluntate. nec preterierit aliqua causa. que quodammodo eum cogeret
ad huiusmodi dispensationem. aut concessionem sicut in aliis. Et eo simili
quo Abraam non intendebat Isaac Nec se uendicabat eum immolando sicut
Judei faciebant inimicum occidendo. et eo simili quo egiptij erant debitores Iu
deis. ad illa bona et forte ad plura alia propter diuinam seruitutem qua ser
uiebant eis quod de aliis gentibus. Salem de omnibus quorum ad Judeos non
constat. Et ideo simili quo mulieri illa fornicarię. ad quam ex precepto dei
accessit osee. non erat alteri uiro consuncta. Sed hoc solum habebat impedi
menti. s. quod erat non sua de muliere hi et uiro. miserquos dabatur repu
dij libellus erat aliquid malus quia erant. ligati lege nature per totam uitam
ut essent sua et suus. Ista tamē disparitas non infirmat negocium illoq
quin deo uolente. esset itadis pensabile. et deo possibile ad conandendū. sicut
fuit negocium istoq. Nam licet. ex mera dilectae Judeoq et eoq puersa con
ditione deus quodam̄ ageret ad hoc illis conandendū, non tñ propter hoc au
ferret. quin post concessionem esset cum eis dispensatum. ut ipsi licite possint
uti tali priuilegio. nec simili hoc fuit. deo minus possibile quod illud liceat
esset maioris deficultatis consentiuum. quia non erit impossibile apud dm omne
uerbum. luce. 1°. Nec hoc etiam deuit. minus fieri quod illud sed forte magis
ut suffraretur tanta numerositas petoq. et deus suis quibusdam auctoribus hoc
uenerit. ne sic Ecclesiam perirent. qui nouit congruentem suis temporibus gen̄i humano
exhibere medicinam. ut dicit Augs Imo hoc erat necesse ne deus legem suam
macularet quia iuste diceretur totam esse malam ex apposita et probata
in ea tali aut tanta macula. nisi esset per dispensationem et diuinam concessionem.

Subtracta

Subhasta. Omnes tñ mdubitant conedunt legem illam fuisse bonam et licet non absolute pfectam. tamé sufficientem prohone ad salutem sperandam contrarium emñ dicere esset absurdú. Ad. Ro. 7. Itaq; lex quidem scta est et mdatum sancti et Iustum et bonú. Vnde et mr glosaodsus patet hieronimi. mspta ad te tiacuan de uera circuncisione post alia sic dicit. Si hec ergo transitoria. ut ipse aut. celú et tra transibunt. Sic sapiencia. descripsit. ut alit ea esse non potuisse credam. quid homines prequibus nunc ista excogitauit ordinauit mstituit Sme rahone viuere. fore permisit. quoz adopho est pmor et gloria et testam. et legislatio et obsequium et promissa! Ex quibus etiam xpus secudú carnem qui est benedictus mseculá. Absit ergo. ut aquibus et filiú sum secúdum hominem. uoluit oriri eis non plenú rahone conderet testamentum Sed quoniam tam Euidenter constat peccatum. omnia plena esse rahonis. ut non egeant assertore. Videamus unde digressi sumus. etc. Hec ibi. Et tamé nescio quo alio modo possit bonitas legis saluari. et illius populi mcolumitas salutaris presertim cum nunq; hec deus uoluerit. aut per prophetam aliquem reprehenderit Imo potius confirmauerit. et ad illud Iudeos mduxerit Sicut specialiter patet de libello repudij. Malachie. 2. Vxorem adolescentie tue noli despicere cum odio habere illa cam. dimitte eam dicit dominus deus Israel. Si ergo uerba prophete quisq; consideret. Vera esse reperiet. et quod nil mIustum. aut quod pctum esset ex dei parte precepisse. alias emñ si contrarium uellem asserere foli sane sacrilege maculam uidemur inferre. Nam sicut scribit. 9. di. Si ad sacras scripturas admissa fuerint occisa mendacia. quid mirum si remanebit aut forte tales! que tandem de scripturis illis sententia profectus! Cuius ponderis contemptus falsitatis confessio improbitas. Hoc ideo dixerim quia aliqui et magni uiri contrarium uidentur asserere ad quoz rahones. ut michi uidetur facile esset respondere si hoc prius nego cum expectarent. Sed pretereo. ne mmoror extra propositum. Resequitur igit concludendú. quod quicquid de se illicitum illi populo mlege promissum est adeo. ex eius promissione aut conessione factum est illis licitum quod alias erat illicitum et hoc pmodum supra dictú. et sic dare ad usuram extraneis. et dare libellum repudij. et sic de ceteris similibus mlege conessis non fuit pctum Iudeis quandiu status illius legis duraut. Licet esset quedam uelut extorta pmissio siue dure coacta. quod tamen est intelligendum non fuisse pecatum. dum haberent oculum ad promissionem diuinam. licet cum aliq; aspectibus mordinatione ita tamé q deus pmisisset aut non conessisset illud facere ipsi abstinuissent ne tale aliquid facerent. Nam qui sic aliquid similiter faceret ut sua libidine uictus uellet omnino illud. et exequeretur etiam si deus non permisisset non est dubium quin talis damnabiliter peccaret. et ideo uidendum est uiros magnos et pfectos. mpopulo illo. non solum a tali mordinato et super

gredientis appetitu Sed etiam ab omni hmõi ꝓmissione aut concessione penitꝰ abstinuisse. Sicut et nunc in lege Euangelica. uiri perfecti abstinent aquibusdam sibi et alijs sui ordinis aut status concessis. que tamẽ dese non sunt mala sicut et illa erant anteq̃ ꝓhibita essent concessa sed ideo faciunt quia sunt imperfecta

¶ Cap̃. 20. q̃ huius ueteris status imperfectõ semper duraut usq; ad xpm tanto ẽ magis auferebat̃ spãlitei q̃ dum ad expectatiõẽ reuelatione credendo. et ad claritatem ac fortitudinem sperando q̃ magis appropinquabat ad xpum.

¶ Considerandum post hec q̃ huius legis veteris supradicta imperfectõ semp duraut usq; ad expm ad quem figurandum totus ille status. multa fuerat institutus et ideo non debebat cessare quousq; ueniret ipse ihũs benedictus tantis misterijs nõ compromissus et figuratus. Vnde de sceptro regio. cui totus ille populus subdebatur in lege adunatus. Dixit patriarcha Jacob. q̃ nusq; esset auferendum de tribu iuda quousq; ueniret saluator. qui ex eadem tribu secundũ carnem erat uenturus qui debebat esse gaudium et expectatiõ omniũ gentiũ gene. 49. Non auferetur sceptrum de iuda. nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est. et ipse erit expectatio gentium Et tamẽ aptum est q̃ stante regio sceptro staret et populus qui regebat̃ sub illo quia alias nec populo non diceretur ducatus aut sceptrum regium. ergo status debebat et lex que data erat illi pplo. in cuius iustitia et iure consentiu erat adunatus. ut uere pplus diceretur et q̃ consequens manẽ debebat illius legis veteris imperfectõ. cum ita esset impressa et incorporata eius politie institutionibus et preceptis q̃ non posset auferri. quin et illa totaliter auferretur secundũ q̃ dese patet. ad oculum. Propterq̃ licet deus permitteret illum pplm captiuari templũ destrui et remani. et cetera talia. que uidebant̃ uergere in destructionem illius legis. et eius pplꝰ. et hoc iudeos demeritis exigentibus Immo permisit eosdem etiam compelli ad sacrificia idolis offerenda. et ad deum uerum negandum. et eius circumcisionem et legem penitus relinquendã ut patet fuisse machabeos temporibus. et hoc minantibus et procurantibus quibusdam ex iudeis a demone instigatis qui uelut uiri impii quia dixerunt multis dicentes Eamus et disponamus festa cum gentibus que circa nos sunt etc. ut habet̃ i. machabe. i. ubi et subditur Et edificauerunt gimnasium. in hierosolimis secundum leges nationum. et fecerunt sibi preputia et recesserunt a testamento sancto et iuncti sunt nationibus. et venundati sunt et fecerunt malum etc Nunq̃ tñ deus per omnia ista permisit perire illum statum quin semper haberet duces sup se ex eodem populo et tribu. et manet lex in uigore suo ita ut status ille semper reedificaret̃. et rediret in se ipsum usq; ad xpum ad quem lex et prophete dirigebant̃ quod usq; ad eum dixerunt. ut ipse dixit. m. 11. Omnes enim prophete et lex usq; ad Joannem ꝓphetauerunt quod ideo dicto

quia usq; ad xpum tunc temporis uenientem durauerunt quem ipse Joannes
bba in dice demonstrauit. Jo. p. dicens. Ecce agnus dei. ecce qui tollit pcta
mundi. Postmodu uo cessauerunt ut dicetur. Manente igitur statu lege et
populo mansit et eius imperfectio. Veruntn hoc sic stante nichilominus
ille status semp creuit per temporum successionem spali qtum ad apertiorem
reuelacionem credendorum et ad clariorem certitudinem sperandorum usq; ad
xpm. ut declarat. s. tho. 2a. 2e. q. 1. ar. 7. Imo quanto magis xpo apro
pinquabat tanto magis in his predictis clarebat et per consequens illa obnu
bilans imperfectio tanto magis auferebat et deficiebat. dictum est enim sup
ex similitudine ab Aplo acepta q qto aliquid magis a remotiori loco uidet
tanto confusiori modo conspicitur et tanto de eius uera virtute minus
sentitur. cuius contrarium contigit. qnto tali rei magis apropinquat quia
tanto certius uidetur et ad se magis accedentibus magis influit uirtutis
et perfectionis in se contente. Cum ergo pplus ille successiue apropinquaret ad
xpum tempore et statu. non incongrue sic accedendo clarius semp illu
minabat. et pficiebatur ab eo. Quedam enim explicite agnita sunt a poste
rioribus. que sic explicite non cognoscebant a prioribus. Unde et dominus dixit
ad Moisem. exo. 4o. Ego sum Deus Abraam. deus. Isaac. deus Jacob. et
nomen meu adonai non indicaui eis. Et dauid dicit. Sup senes intellexi.
ps. 118. Et hoc est quod dicit Beatus Gregorius. ut ibidem inducitur a sancto
doctore. s. secundu incrementa temporum creuit scientia sanctorum patrum
et quanto uiciniores aduentui saluatoris fuerunt tanto sacramta salutis ple
nius pceperunt Inspiciat qui uult. quid ille propheta Euangelicus Esaias. mul
tis temporibus post datam legem aduenientis super alios senserit de incarna
cione xpi et eius misterijs. in quibus fidei reuelacio consistit ut inferius pate
bit. Inspiciat ad idem quid de hoc hieremias prenunciauerit et sic de ceteris
et manifeste uidebit misteriorum claritatem successione temporum effulsisse
Unde tempore aduentus xpi iam inter Judeos uulgatus rumor intrauerat
de aduentu mesie ex quo pcessit q theodas et Judas galileus euerterunt
populum dicentes se esse aliquid magni. ut eorum quilibet se monstraret
esse messiam. Vana quadam presumptione deceptus. ut innuitur actuu. 5.
Et hoc ideo erat quia clarior iam cognitio apud omnes uigebat de xpi
aduentu conjectantes. ex vaticinio pphetarum tempus eius compleri. aut
citius esse complendu. et inde forte moti sunt isti. ut quilibet fingeret
se esse mesiam. putantes q aliquid sibi pficeret si in hoc calide preue
nirent tanqm si hoc negocium deus humanis adinuentionibus quadam

a sñta vsurpacõne preordinauisset esse complendũ et non magis uera
dei ineffabili ante secula abscondito misterio ꝓdestinauisset vnicum
gliosissimũ vnũ xpum ad hoc singulare et excellentissimũ sacramen
tum ut declarat Aplus. ad. ro. p°. Ex hoc simili. moti sunt aliqui ex
pplo illo ut ihũ predictis hominibus. facilius adhererent tamꝝ aliqd
magni essent. omnes tamẽ tam duces q̃ eoꝝ sequaces destructi sunt et
miserabili perierunt eo ꝙ non erat ex deo hoc consilium ut ibidẽ dr Ex
hoc simili moti sunt sacerdotes et leuite mĩ hĩrosolimis. ut mitterent
ad Joannem bbm. interrogantes et dicentes. tu quis es?. ut habetur
Jo. i°. Hoc aũt ad hoc dirigebat principaliter. ut scilicet scirent. an ipse
esset xpus mĩ lege promissus secũdum ꝙ ejus responsio declarare videtur
Nam confessus est et non negauit. et confessus est quia nõ sum ego xpus
ut ibidem dr Presertim cum luce. 3°. dicatur ꝙ omnes existimabant
eum esse xpum. vbi sic dr. Existimante aũt populo. et cogitantibꝫ
omnibꝫ in cordibus suis de Joanne. ne forte ipse esset xpus. respondit Joã
nes dicens omnibꝫ etc. Ex hoc simili motus est. s. ille Nathanael magno
precõne laudatus a xpo. dicente ecce vere israelita. in quo dolus non est
qui venens ad xpum dixit Rabbi. tu es filius dei tu es rex israel?
in quibꝫ uerbis eadem uoce q̃. et petrus aplorꝫ princeps confessum est
xpum ut unus aliꝫ. licet iste dixerit. inquirendo. petrus uero firma
responsione asserendo. Aut si xpum uerũ dei filium non cognouit eo ꝙ
cum ꝓpinquũ regnaturꝫ existimauit. Sed per quandam participationem
excellentiam cum dei filium nominauit. Vt alij volunt. non obstat.
Quidquid in sit hoc satis est. ad propositum. q ipse cum esset instructus in
lege suspicabatur messiam de proximo esse uenturũ. qui cum uideret
xpum. indubitanter credidit esse illum Et sic patet fidei claritatem
semper magis ac magis illuxisse. in illo ueteri statu q̃nto magis apropin
quabat ad xpum Ad idem patet de sacrificijs que processu temporis
ostensiue est ꝙ prophetas esse figura. et umbra. et debere eisdem succedere
alia spualia et deo acceptabilia. ps. 49. Non accipiam de domo tua uitu
los nec de gregibꝫ tuis hircos. etc ubi tanguntur omnia ex quibꝫ sacrificia
offerri consueuerant. et ostenditur. quantum est de se esse impertinenta
et inutilia. Et sequitur de eo ꝙ illis omnibꝫ tamꝝ conuenientissimũ
sacrificium succedere debebat. ut inferius declarabitur. s. immola deo
sacrificium laudis. et ibi. sacrificium laudis honorificabit me etc. Vbi
dicit glo. Hoc dicendo prenunciat nouum testamentum. ubi omnia signi

ficatiua sacrificia cesant. et infra. Reprobato veteri ritu de se quasi de
alio loquens quid sibi faciamus indicit. Sacrifica ergo sacrificium laudis. i.
quod in te ipse est. s. ut gratias de omnibus agas. Ecce quid exigit. et redde
altissimo uota tua. que in te ipso sunt non extra. Sacrificium laudis non ani
malium. Hec. glo. quod ideo dictum est. quia tota occupatio ecclesiasticorum
ministrorum diurna pariter et nocturna est. totum tempus in dei laudibus occupa
re. ut conformentur illi sanctissimo sacrificio. quod eucharistia. i. bona gratia
dicitur. per oppositum ad illa pristina sacrificia. egena et inutilia. que in qui
busdam multiplicibus ritibus. rudibus. et inutilibus suos ministros quasi
incesanter occupabant. Que similiter Esaias post hec clariori sentencia. infirma
et reproba demonstrauit. Esaie. p°. Quo michi multitudo victimarum vrarum
dicit dominus. plenus sum etc. et infra. Cum ueniretis ante conspectum
meum quis quesiuit hec de manibus vris? et infra. Kalendas vras et
festiuitates vras. odiuit anima mea facta sunt michi molesta laboraui sus
tinens etc. de clariori certitudine sperandorum patet similiter. ex his que dicta
sunt. cum ad illa uniformiter consequatur. et declaratur amplius. Nam
tempore aduentus xpi erant iam inter iudeos diuerse sete ex diuersis
opinionibus roborate. Sicut erant farisei et saducei. quorum farisei. affir
mabant. esse resurrectionem mortuorum. Saducei vero negabant. ut patet
in. 22. et. mar. 12. Phariseorum tamen pars. que erat famosior et so
lemnior aliquid coniectabat. de futuro fidelium premio. et eterna remu
neratione eorum. quod ante nunquam legitur esse factum. Sed hec omnia erat
uelut sopita. in illo populo. et quod amplius est. Joannes bba aptissime
hoc proposuit. omnibus audire uolentibus. s. gloriam beatorum. cum dixit
in. 3. Penitenciam agite. appropinquabit enim regnum celorum. et penam
reproborum cum ibidem subiungit. progenies uiperarum quis demonstrauit uobis
fugere auentura ira? facite ergo fructus dignos penitencie. Audiebant
tamen eum nec mirabantur tanquam aliquid nouidiceret. imo consentiebant ei
et baptizabantur ab eo. ut ibidem habetur quod ideo erat quia iam inter eos
talis futurorum premiorum et penarum cognitio paulatim usque ad xpum creue
rat cuius tempore iam ferbebat. licet ab eo nunquam tale aliquid audiuerant quia
nondum eis xpus predicauerat nec eum hactenus agnoscebant. de perfec
tione et puritate uite qualiter creuerit paulatim similiter in eisdem. patet de
Helia. et Heliseo. qui vitam quodammodo monasticam inchoarunt et
multa euangelica opera egerunt. Sicut specialiter patet. de illo. quando heliseus
currus et equites regis sirie. qui uenerant comprehendere eum. remisit ille
sos cum posset occidere illos immo maxime amore. et charitate. fecit cibare eos.

magna ciborum multitudine eis apposita. ut habetur 4. regum. 6. et sic dimi
sit eos ut reuerterentur ad dominum suum. In quo facto nil est perfectionis quod suis
cultoribus ultra consulat euangelium. Tunc similiter ceperunt perfectiones
huiusmodi. crescere et multiplicari. Nam filij prophetarum edificabant
tunc temporis celas. ad habitandum prope fluenta Iordanis facto magno
conuentu eorum. ut habetur eodem. li. et c. Hoc tamen ad quandam uite
perfectionem pertinebat. quod relictis urbibus uellent solitarij manere et
deo totaliter inherere. Vnde et iam tempore xpi erant Iudei uiri reli
giosi in maxima multitudine. habitantes in hierusalem. ex omni natione
que sub celo est. ut habetur Actuum. 2. Isti tamen nondum receperant xpm
sed uiuebant adhuc in illo ueteri statu. De perfectiori similiter communi
catione. et beniuolo ac ampliori conuictu et conuersatione illius ppli in
ter se, et in recipiendo ad se ceteras nationes patet satis ex supradictis
Nam hi uiri religiosi uel saltem quidam eorum ut aliqui oppinantur
erant ex illis qui ex gentilitate ad Iudaismum aduenerant. quod satis
uidetur ecclesia. innuere. in illo himno penthecostes. s. beata nobis gaudia
etc. ubi dicitur. linguis loquuntur omnium turbe pauent gentilium etc.
Ecce eosdem uocat ibi gentiles. Aut si ut communiter tenetur illi erant
ex genere Iudeorum qui dispersi fuerant. in omnibus nationibus. Satis est
tamen ad propositum. quod tunc gentiles frequentabant uenire hieru
salem adorare ibi dominum in die festo in templo sancto suo ut habetur
Io. 12. quod ante non sic legitur fuisse factum. ad quod accedit quod scri
be et pharisei in mio feruore laborabant. ut ad Iudaismum gentiles
conuerterent. ut habetur. m. 23. Ve uobis scribe et farisei. qui circum
itis mare et aridam. ut faciatis unum proselitum. i. ut unum de alieni
genis ad fidem conuertatis. et cum factus fuerit. facitis illum filium gehe
ne. duplo quam uos. In quibus uerbis non reprehendit xpus eorum feruidum
zelum eo quod gentiles conuerterent. sed eorum prauum exemplum quo eos
post conuersionem solebant peruertere et perire permitere. et sic non est
dubium quin eos maiori beniuolentia et graciori conuictu tractarent
ac suis ritibus et officijs familiarius quam ante solebant incorporarent quos
tanto zelo et feruore nitebantur conuertere. Nec est dubium inter illos qui
ex omni natione apostolis eorum linguis loquentibus astiterunt. affuisse etiam
aliquos ex gentilitate conuersos presertim cum ibi dicatur. Iudei quoque
et proseliti. i. alienigene ad fidem conuersi ut doctores exponunt. Ra
tionabiliter igitur concludendum est cum sancto doctore in articulo pre ale
gato quod quemadmodum circa statum hominis contingit quod tanto est per

fectoz quanto magis approximat ad juuentutem qua completa abrigit omni modam pfectionem taliter ut mutato statu dicatur uir alter - sic manifestum est contigisse - m̄ populo dei - quod quanto magis approximabat ad xpm uelut ad pfectissimum uirum tanto magis m̄ fidei misteriis et sacramentis salutis recedebat - manente tamen semper eodem statu quem ante tenebat qui usq; ad aduentum xpi recedendo duxerunt - m̄ quo totum suum robur obtinuit tam m̄ fidei reuelatione circa credenda et speranda - quam multe pfectionc circa agenda et suitanda - qui et xpm ad quem totus eoz status diriguebatur eis m̄dice demonstrauit - et uerum populum dei desponsum ex omnibus gentibus formandum esse prenunciauit - gentiles demonstrans per lapides qui cum eis siuellent - m̄ uiros filios habrae erant conuersos dei mirabili potestate - et per consequens de cetero status iste debebat succedi - m. z. facite ergo fructum dignum penitencie - et ne uobis dicere m̄ciamus patrem habemus Abraam - dico enim uobis quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrae Jam enim securis ad radicem arboris - s. status synagoge posita est - Nam secundum quod uult nr̄ ihesus p̄ hieronimus - ista securis erat euangelium - cui est status synagoge uelut succisus a deo m̄ tantum ut qui de cetero illi m̄ hererent misereatur - m̄ ignem eternū - quia peccarent mortali - et damnare ac credendo adhuc legalia - et obseruando ea post diuulgatū euangelium sicut miserius deo dante habet declarari - Hoc aūt per xpm - m̄ apertius ab eo institutis completum est ut prosinus declarabitur - qui clarissime de his omnibz supradictis fuerunt abeo illuminati et pfecti - Hoc totum breui sermone concludit apls act. 2pha. z. dicens - q̄ scilicet - misterium xpi de quo ibidem pxime loquitur aliis gnationibz non est agnitum filiis hominū sicut nunc reuelatum est sanctis apls ejus et pphetis. Ubi dicit glo. aliis gnationibz - s. pretextis uel aliis temporibz non est agnitū a filiis hominum ita plene. sicut nunc cum compleri uidetur /.

¶ Cap. 21. q̄ ueniente xpo debuit m̄ pfectio illius veteris status. penitus euacuari et m̄ alium statū omnimode pfectū mutari - m̄q̄ omis unde aliq; aduenientes possent offendi - et miscere m̄ inuicem conditer - esse liter et unanimiter uiuere /.

Quanto tempore heres paruulus est nil differt a seruo. cum sit dominus omnium sed sub tutoribus et actoribus est. usq; ad prefinitum tempus a patre - ita et nos cum essemus paruuli - sub elementis mundi eramus seruientes. at ubi uenit plenitudo temporis m̄sit - deus filium suum factum ex muliere factum sub lege - ut eos qui sub lege erant redimeret ut adoptionem filiorum reciperemus - Ad. gala. 4. Apls scribit hec uerba m̄ quibus duo-

testamentorum veteris .s. et noui diferentiam per imperfectum et perfectum
aut per seruitutem et libertatem breui sermone intendit concludere. Cum
enim pristina ecclesia fidelium sub elementis mundi inutilium sacrificiorum per
uiret que inquantum erat de se ut supra ostensum est neminem iustificabant
aut ad perfectum ducebant ideo merito mater illa sinagoga erat sub serui
tute constituta et ad modum paruuli imperfecta cuius seruitutem et im
perfectionem solus ille tollere debebat. qui undique perfectissimus erat
videlicet dei et virginis filius deus noster ihesus xpus. secundum quod ipse dixit
Judeis. sub illa ueteri seruitute constitutis. Jo. 8. Si filius vos liberauerit
uere liberi eritis. A quo sancta mater ecclesia erat instituenda. tota undique
perfecta sine macula et sine ruga. et sanctissimo eius sanguine conse
cranda. ut declarat Aplus ad ephe. 5. Illa autem uetus sinagoga erat
deinceps relinquenda ut ita dixerim. cum. ysaia. Velut umbraculum
in uinea et sicut tugurium in cucumerario. Nam sicut umbraculum
in uinea est inutile et superuacuum ablato iam fructu ab ea. et sicut tu
gurium in cucumerario. postquam sunt inde collecti cucumeres. non proficit
in aliquo sic tota illa legalis obseruancia umbratilis et figurativa. est
iam inutilis et superuacua et in nullo proficua postquam per xpm consumata
sunt omnia ad que figuranda fuerunt instituta. et per consequens tota
illa eius seruitus. et imperfectio cessauit cum ea. cui successit ex opposito
status oto perfectus quantum ad omnes fideles. in catholica ecclesia undecumque
aduenientes. ut viuant sub illa secundum quod largius declarabitur
deo dante. cum ad illa quinque que supra posita sunt fuisse in illo populo im
perfecta aplicauero. per singula / oppositam euangelicam perfectionem. Nunc autem pro
generali huius declaratione. adducendum est illud Apli ad. gala. 3. qui
postquam dixit. lex pedagogus noster fuit in xpo. 1. usque ad xpm. statim
hanc imperfectionem submouens subiungit dicens. At. ubi. 1. postquam uenit
fides .s. euangelici status clarissime perfectionis. iam non sumus sub
pedagogo. 1. sub antiqua ruditate. et imperfectione legis illius. a qua
per xpm liberati sumus. unde et in sequenti capo. a quo nunc hoc prius
capitulum sumpsit exordium. postquam assignauit diferentiam horum duorum
statuum: ostendendo ueterem illam sinagogam fuisse uelut ancillam
sub seruitute constitutam: et sanctam. matrem. ecclesiam. uelut dominam per xpm
liberam et perfectam: statim conclusit seruitutem illam iam cessasse
cum omni sua imperfectione. libertatem uero euangelicam aduenisse in
omnibus suis fidelibus filijs gratie: dicens. Itaque fratres iam non sumus
ancille filij sed libere qua libertate xpus nos liberauit. Ubi dicit glosa.

Non sumus filij ancillę quia non sumus serui pcti uel legis. Sed libere. s. celes
tis hierusalem: qui est populus nouus regni celorum. Et non alio modo sumus
filij libere sed per eam libertatem. qua libertate. i. per quam libertatem
xpus nos liberauit. qui in munis aspecto ex dilectione obediens fuit. Hec ibi.
Hec aut libertas per xpm nobis collata est. per plenitudinem gratie. ut ibi di
cit. glo. in qua ipse exuberans: qui est caput omnium fidelium totam de
inde cum suis fidelibus replevit ecclam. uelut in propria membra refundens
uirtutem et gratiam sm quod dr. Jo. p. Verbum caro factum est. et habi
tauit in nobis. et uidimus gliam eius. gliam qi unigeniti a patre plenum
gratie. et veritatis. et sequitur de plenitudine eius nos omnes accepimus
gratiam pro gratia. Hanc aut gratiam uetus lex dare non poterat. et ideo
uera libertate et perfectione carebat. qm quia xpus suis fidelibus contulit.
ideo eos perfectos integre reddidit. Nam ut subditur Jo. p. lex per moysen
data est. sed gra et veritas per xpm ihm facta est. et ideo non immerito
est concludendum: quod finis illius legis. et totius eius imperfectionis fuit
xpus perficiens sanctam mtem ecclam. in omnibus fidelibus suis sm quod
dicitur. ro. 10. finis enim legis xps ad justiciam omni credenti. ubi dicit
glosa. finis enim legis xps. in quo lex justicie non consumitur. sed impletur
omnis enim perfectio in ipso est. ultra quem non est. quo spes se extendat.
finis etiam fidelium xps est. ad quem cum peruenerit currentis intencio
non habet quid possit amplius inuenire. sed habet in quo debeat permanere.
Hec ibi hanc ipsam veterem legem. Sicut xps impleuit. nouum gre populum
perfectum instituendo. quod lex illa facere non poterat. sed solum hoc per
xpm futurum esse figurabat. sic eandem qntum ad ea que imperfectionis erat
penitus euacuauit. sicut de eo scripsit Aplus. ad Ephe. 2. s. legem mandatorum
decretis euacuans. qd et glosa similiter ibidem declarat. Nec solum sic
per xpm euacuate sunt ille legales obseruancie. et earum imperfectiones
ut neccesitatem ad eas obseruandum. suis cultoribus non imponat. verum et
sic abolite sunt. ut quicunque eas obseruare presumpserit. a tota qm xps in
didit perfectione discedat. Non enim potest aliquid perfectionis habere cum
xpo. qui iterum contendit stare sub illo veteri jugo ab eo dirupto. quod iam
reditum est sue sanctissime perfectioni oio. contrarium. Unde Aplus postquam
hanc libertatem. et integram perfectionem omnium fidelium noui testamti mons
trauit statim totam illam. ueterem obseruantiam iam damnabilem et
mortiferam esse conclussit. interimens circuncisionem que erat janua
et primarium fundamentum omnium illorum legalium. et ideo in ea omnia
alia reprobauit ad. gala. 5. Estate ergo et nollite iterum jugo seruitutis

contineri Ecce ego Paulus dico uobis. quoniam si circuncidamini. xpus
nil uobis prodest. Et sic qui circuncidunt perdendo xpm pdunt etiam
gram justificantem cum eo, et p consequens. damnacionem incurrunt
sic idem ipse Aplus dicit ad. gala. 5. Euacuati estis a xpo qui in lege
justificamini. a gratia excidistis .i. uos qui putatis et uultis justifica
ri per legem. xpm perdidistis. et quodam modo blasphemastis et gram
amisistis. ac per hoc damnatione incurristis. Manet ergo jam status
sancte matris ecce per xpm in omni sua pfectione que sibi possibilis est
dum in hac uita peregrinat et uiuit. nunqz de cetero mutandus in a
liquem alium statum pfectiorem qui sit alterius altioris legis aut
clarioris fidei reuelacionis sicut status ille sinagogue mutatus fuit in
noue legis statum pfectiorem sm qd declarat .s. tho. pa 2e. q. 106. ar. 4.
ubi in suma concludit q non potest esse alius status ecce fidelium in hac
uita perfectior qz iste in quem per xpm positi sumus. Nam tanto est aliqd
pfectius qnto est ultimo fine propinquius sed nil potest esse propinquius
fini ultimo qz qz immediate. in finem ultimum introducat. Hoc autem
facit noua lex quia soluto precio redemptionis humane et apta janua
uite et collata fidelibus gratia qua efficiunt digni uita eterna nil
impedimti restat qn deposita hujus corruptibilis corporis sarcina ani
me fidelium libere ferant in celum et introducant. in fine illu ultimu
beatificu et sempiternum si tn in se ipsis non inducant aliquid puri
ficandum quia tale quid erit eis uel temporale uel etiam eternum
obstaculum ad illam beatificam requiem intrandu. Hoc tamen non
erit ex imperfectione status fidelium sed ex demeritis culpabilibus talium
morientium cum quibus uitam pntem exire non timuerunt. cum possent
purgari. Si uoluissent dum uiuerent et meritis et gra xpi quod tamen
status ueteris sinagogue nunqz alicui confferri potuit. qnm ad inferos des
cenderet quantuncunqz justissime uiueret. et ideo merito erat mutandus
in noue legis statum pfectiore. iste aut manebit. usqz ad seculi consuma
tionem, Vnde per hec sup dicta et similia confunditur manifeste. error
quorundam hereticorum dicentium debere succedere in s.ta ecca. alium que
dam pfectiorem statum quem dicunt atribui deberi spiritui sancto. si
cut ibi recitat. s. tho. ex quorum heresi et expurcitia nunc nris tempo
ribus emerserunt uiri illi heretici de durango qui etiam feminas dicunt
debere per charitatem omnibus ad luxuriam esse comunes. cum tamen
talis charitas destruat charitatem ac euangelium xpi tollat et ejus
gram justificantem. Et ideo Non in merito omis xpi fideles et

Signanter ecc̃ xpi epi et prelati tocꝰ cõnatibus debeant assurgere contra
hanc spurissimam pestem. quia ut dr. adhuc latitat in montanis. nec mi
nus feruenter debeant procedere contra quosdam ꝓfidos Judaizantes qui
putant se obseruando legalia posse saluari contra dicta Aplī sup posita
et contra id quod tota obseruat. et tenet. s. mater ecc̃. et contra omes esus
doctores et sanctos. et contra omnia esus sancta et veneranda concilia
de hac ẽterna redemptõne per xpm suis fidelibꝰ preparata Imo exhi
bita et monstrata. loquit. Aplus. ad hebre. 9. dicens. xpus assistens
pontifex futurorꝝ bonorꝝ etc. per proprium sanguinem introiuit semel
in sancta ẽterna redemptione. inuenta ubi dicit glosa eterna redemp
tione. qua redempti sunt electi. redemptõ non potuit inueniri in illis
legalibus sacrificijs. De mstitutõe ꝯo noui testam et esus altissimo
fine et integra ꝓfectõne subungit Aplus in eodem. c. dicens. Et.
ideo noui testam mediator est. s. xpus ut morte intercedente in redemptõ
nem eaꝝ preuaricationũ que erant sub priori testam repromissionem
accipiant qui uocati sunt ẽterne hereditatis. de huius similiꝰ eterne
hereditatis promptissima omniũ fidelium introductione si tamen
inueniant ꝓparati ante mortem dicat Aplus secunda ad corint. 5.
scimus enim quoniam si terrestris domus nra huius habitationis dis
soluat ꝙ edificationem ex deo. habemus domum non manufactam eter
nam in celis. Nam et in hoc ingemiscimus. habitationem nram que
de celo est supindui cupientes: si tamen vestiti non nudi inueniamur.
Sicut igitur manet ecc̃ ꝓfecta. et immutabilis in status. sic maneat
gnis et unita in unanimi concordia omnium suaꝝ fidelium remota
omni dissentione illaꝝ uetustatum imperfectionum quia alias non diceretur
habere nouum et ꝓfectum statum: quam sanctissimam unionem xpus
celebrauit. in cruce morens ꝙ gnis omnium fidelium redemptõne sme altissi
mi inter eos interuenta diuisione. qñ sibi unicam et indiuisam ortum catholi
corꝝ suaꝝ adquisiuit ecc̃m. cuius mirabile misterium. in ipsa prime mu
lieris ex latere uiri formatione iam ante sibi placuerat figurare. ut
sic ex unico homine adam unica femina formabat ad gnem omnium
pro creationem. sic ex gloriosissimo ihu. in cruce unico redemptore. Unica sponsa
reperta. s. in ecc̃. ad gnem omnium suaꝝ fidelium salutationem quibꝰ
ipso facto unanimem cõmendauit concordiam. De qꝰ satis ad propositum
loquit Aug. 22. de ciuita. dei. c. 17. dicens Ut enim in exactio gnis
humani de latere uiri dormientis costa de tracta femina fieret. xpum
et ecc̃m tali facto iam tunc ꝓphetari operabat. Soporatus quippe ille uiri. mors

erat xpi. cuius exanimis m cruce pendentis latus lancea perforatum
est. atq; inde sanguis et aqua ꝓfluxit. que sacramenta esse nouimus qui
bus edificatur ecc̃. Nam hoc etiam uerbo. scripturarum usa est. ubi non legi
tur formauit aut finxit. Sed edificauit eam m mulierem. Vnde etiam
aplus edificationem dicit corporis xpi qđ est ecc̃. Creatura est ergo dei
femina sicut uir Sed ut de uiro fieret unitas cõmendata est. ut aut isto
modo fieret xpus ut dictum est et ecc̃ figurata est. hec ibi. Sic igitur
ꝓ adam. mediante sua. omnes sumus ghn̄. et omnes m̄ defecerunt ꝑfectores
constituti. sic ꝓ xpm. mediante ecc̃. omnes m̄ defecerunt sumus regnn̄. et
m̄ ꝓfecta Justicia constituti. ꝑm qđ late declarat. Aplus. dicto. c. ad. qui
personam et similr̄. p. corint. c. dicens. quoniam quidem ꝓ hominem
mors. et ꝓ hominem resurrectio mortuor. et sicut m adam. omnes moriuntur
ita et m xpo omnes uiuificabuntur. Non igitur est distinctio Judei et greci. s.
Judei et gentilis. ut dicat glo. omnes enim peccauerunt et egent gloria dei. Jus
tificati gratis. per gram ipsius ꝓ redemptionem. que est m xpo ihu. ut habet
ad ro. 3. Et ad gala. 3. concludit Aplus dicens Non est Judeus nec greci
non est seruus nec liber. non est masculus nec femina. omnes enim unum estis
m xpo ihu. Ubi dicit glo. Propter michil horum aliquis dignior est. m fide xpi
et ideo nemo Judaizet. quasi per hoc sit dignior. quia uere nil horum est ꝓ quod
aliquis sit dignior m xpo hec ibi. Sicut igitur qui de ex adam ut ꝑthoem
cum ceteris equa lance deuenisse negauerit necesse est ut se esse hominem ne
get. et xpi redemptionem se non egusse mentiendo fateat. Sic qui cum ceteris
omnibus fidelibus. se regnum a xpo unanimiter et equaliter non cognouerit
et sectam ejus. comunionem omnibus grata. et ordinatione michi esse non sentit
ut. necesse est. cum a num̄ fidelium exadere nec membrum xpi deinceps
posse consistere. ac proc. ab omnibus ecc̃. dignitatibus honoribus. et officijs
michi grum et alienum exhac ceteros esse ꝑm quod clarius. m sine hujus par
ticule deo dante mentiendo concludere. Ideo animaduertat. quicunq; talis est
ꝓ ꝑm quod nunc supius glosa allata conclusit. m hujusmodi prelationum
aut ceteror officior differentia qm̄ sic miti fideles assignare mentit
clarissime Judayzat. eoq; ad ultimam m̄ perfectionem status Judaici cona
tur euangelicam legem conuertere. et ejus sanctissimam perfectionem auferre
ac per hoc quodammodo illam destruere, Nam ꝑm qđ illi indebite gloria
bantur m carne. ejus ratione se ceteris uolebant preferre. Sic et falsi
qui unq; est ut dicetur ghal. falsi a se legis Justitiam acceperit. ait
xpus pro eo uelut pro bene mito. et excelentiori, ex suo sanctissimo latere
ecc̃am formauerit. et fame ignobilia mundi. et contemptibilia. elegit deus
et ea que non sunt. ut ea que sunt destruat. ut non glietur omnis caro in

conspectu eius .p. corint. p. Dum igitur Euangelicam legem talis se defen
dere et firmare contendit. eo ipso eandem infirmat et destruit quia eius
sanctissimam perfectionem restringere et decurtare non desinit. et dum alios
ab ea indebito ordine expellit. eo ipso ab eius sanctissimo iure seipsum in
dubitanter repellit. licet ipsa sua deinceps illusio contrarium sibi uideatur
astruere. Nollo. ut quisquam calide emanibus fugiat. et illa generali ac fa
miliari talibus opugnatoribus responsione ea que pro hac parte dicenda sunt
subterfugiat dicens. quod hec et similia locum habere uidentur in his qui
sunt uere catholici et xpi fideles ex corde. quia talibus omnibus debet esse
eadem lex honoris. et dignitatis in xpo concordie unanimitas et equali
tas conuersationis et pacis. et eadem perfectio in lege Euangelij. s. lege
charitatis et ueritatis. Sed his qui ex circumcisione ad fidem xpi uenerunt
aliquid aliud expedit. ex proprijs eorum demeritis. cum cor eorum non sit rectum
cum xpo. et omni tempore sint ad malum intenti. et cetera talia. que sup
sunt obiicienda. Et ideo hanc calumniam breui sermone repello. eo quod
talia suo loco videlicet in 2a parte. sunt discutienda. quia deo disponen
te. hec et quecunque similia. ibidem tractabuntur abunde. Nunc autem hoc est
quod ad presens intendo. s. unitatem omnium fidelium undecunque aduenien
tium astruere. et eorum equalitatem honoris et gratie in xpi sanctissima
lege pro merito cuiuscunque persone non obstante generis ignobilitate. aut eius tran
sacta infidelitate. etiam si quis talium ad sacramentum fictus accedat
dum tamen maneat in ecclesia et personaliter non sit conuictus. et condemnatus
ab ea secundum quod ea que nunc superius inducta sunt. satis aperte probare uidentur
Si autem quisquam peccauerit ibidem declarabitur qualiter debeat corripi et
castigari. et quod etiam si criminis causa exposcat ut talis inhabilitetur et
aceteris fidelibus minoretur. non tamen propter hoc. ipsa eadem nota damnationis
inficitur totum genus. Unde ipse ad xpi fidem aduenit. Sed hec ut dixi
suo loco relinqueris redeo. ad conclusionem omnibus fidelibus necessariam
quam in hoc presenti capitulo intenderam. ut scilicet omne hominum genus se cog
noscat humiliter et deuote equali gratia per xpum esse redemptum. Nemo ergo
fidelium fontem saluationis et gratie obturbare contendat nemo disparia
crimina. unde unusquisque peribundus ad fidem xpi ut sanaretur ad
uenit. alteri improperet et opponat. tanquam ipse non equerit communi omnibus
redemptione. aut fuerit super ceteros constitutus heres et caput in Euange
lica lege. ut cui uoluerit misereatur et recipiat. et quem uoluerit induret
et expellat ac per hoc et deum mendaciter faciat personarum acceptorem

et damnabiſt deſtrui eius officium uſurpet. et eccleſiaſticam legē
corrumpat et uiolet. Memor ſit ſaltem damnate ſuperbie. uſitatis ſtolidi pha
riſei qua ſup ceteros. Similiſ quadam abhominanda iuſticia ſe iactabat
in templo exiſtimans ſe in hoc obſequium preſtare deo et acceptabile
ſacrificium. et ſibi ipſi adulando cumulū meritoꝝ. dicens. Gras tibi
ago dne quia non ſum ego ſicut ceteri hominū. raptores. iniuſti. a
duleri. velut etiam hic publicanus. Jeiuno bis in ſabbato decimas
do omnium quę poſſideo etc. luce. 18. Hoc tamē nō promeruit q̄ pu
blicanus deſcendit in domū ſuam iuſtificatus a bitto. ipſe uero de ſua
damnabili iuſtificatione ſecurus facturi uelut ſi ignoraret hui a xpo;
de illis procul dubio futurus. qui eidem dicturi ſunt in iudicio. dne.
dne nonne in nomine tuo p̄phetauim⁹. et in nomine tuo demonia eiecim⁹
et in nomine tuo uirtutes multas fecimus. mt. 7. Quibus ipſe indubitanter
reſpondebit. quod ſe reſponſurum promiſit. dicens. Et tunc confite
bor illis. quia nunq̄ noui uos diſcedite a me qui operamini iniquitatem.
Iſti ſunt fructus huius fraudate iuſtitie. et merces huius zeli ſuperbi et
amari impropery. ut iuſte condemnatus improperet. et finaliter repella
tur a xpo. qui alios condemnare et eis improperare non deſinit. et eos
contra xpi preceptum abeius ecc̄ contendit repellere. cum ipſe pater ſui
minum det omnibus affluenter. et non improperet. Ja. i. qui ſolem ſuū
facit oriri ſuper bonos et malos et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. mt. 5.
cuius contrarium. Sub eius nomine et apposita ſimulata iuſticia ſtruunt
efficē hinc inde improperantes. et ſolem dē iuſticē. ac pluuiam uoluntariā
et ſalutarem q̄m ipſe hereditati ſue legre gauit. ſup omnes partes eius
uniuerſales ecc̄ extendere prohibentes. que et ſi miſtrua erat ipſe tamē
p̄fecit eam. p̄s. 67. Si igitur Nature paulitas. in qua ex uno et ab
uno omnes condit⁹ ſumus. uſtos non mouet ad pacificum cum alijs amo
rem ſtabilemq̄ pacem ac equalem conuictum ſaltem eos. conuincat et mo
ueat quod omnes ſimul peritui. ab uno gloriosiſtimo deo pariter ſumus
redempti. ſpūſi gra et amore ac per eum in diſtinctē. in. 5ta. ecc̄. adunati ſm
q̄ nr gloriosiſtimus p̄ hieronimū eos cōmonendo conuinat. in epla ad celan
cum de modo recte viuendi ſic dicens. Iuſta ſibi aliquis de nobilitate
generis applaudit. cum uniuerſi pariis honoris. et eiusdem apud dominū pretij
ſint qui uno xpi ſanguine ſunt redempti. nec miſcet quaquis conditione natus
ſit cum omnes in xpo ſpūſi renaſcamur Nam et ſi obliuiſcimur q̄ ex uno
omis nati ſum⁹. ſaltem id ſemp̄ meminiſſe debemus. quia per unum omīs regene
ramur Hec ibi:—

¶ Cap̃ zz q̃ sicut m̃ xp̃i Ecc̃ oms Eccl̃ie recipiũt ita ex̃ illam existentes omnes m̃ dubitant̃ pereunt q̃tumcũq̃ m̃ q̃bus iustitie vide ant̃ esse pfect̃. eo q̃ iam est necessariũ ad salutem. ois qui saluari debent fidem xp̃i recte et explicite habere. Vbi ponũt̃ quatuor gña hom̃ qui sine dubio damnant̃ si sic uitam finierint. s. pagani et hereticí. schisma tici et Judei:—

¶ Sicut aũt catholica Ecc̃. oms ad ueram fidem aduenientes suscipit m̃ distinctõe Imo eãdem habitũ et mutat. ut conuertant̃ et ueniant p̃m q̃ aliq̃ Eccl̃ie factum est. et miserũs declarabit̃ legis. ita eisdem oms obligat gnr̃. et m̃ differentiã ad xp̃i fidem et ejus explicitam credulitatem et ad unanimem incorporationem huius Ecc̃. catholice. adeo ut sine his post diuulgatã Euangelicam legem nullus unq̃ saluari potuerit. Hoc aũt ad ejus maximã pfectionem pertinet. sicut et illud q̃ nunc dictum est. s. q̃ omnes ad Ecc̃lesiam uenientes suscipit pariglã et amore q̃ xp̃us perfectissimã legiferi ñi aphorisme uoluit sibi fieri. Jo. 12. cum aũt Ego aũt si a terra exaltatus fuero. omnia traham ad me ipsum, contrarium aũt erat m̃ ista veti lege nam sicut m̃ ea oms non recipiebant̃ Eccl̃ie sic non obligabat omnes gnr̃ in ex̃ illam uiuentes lege nature possent saluari cham sine ejus notitiam haberent et nollent eam recipere. Sicut supius. cap̃. 11. aperti⁹ pro bauit. que omnia excessus imperfectõe manifestum est fuisse. Ratio aũt gñis huius tante differentie est quia tunc nondum apte erat reuelatus status fidei et credulitatis omnium fidelium. eoq̃ nondum esset m̃ sua pfectione formatus sed hec omnia implicite credebant̃. esse fidem in xp̃m q̃ sufficienter p̃ tunc pfitebant̃ implicita fide. tam uiuentes m̃ lege nature q̃ m̃ lege scripte p̃ modum supius explicatum. Nunc uero post q̃ xp̃us promissus aduenit et explicitam fidem apertissime reuelauit et status fidelium m̃ sua totali perfectione formauit. ois tractat. ad ejus ipsum. cum exaltatus m̃ cruce. totum genus humanũ redemit ubi hec ois pfecte compleuit et ideo omnes fideles. qui saluari debent ad hec ois explicite et perfecte credenda. gñaliter et m̃ distincte obligauit. ceteros uero sub damnatõe concluserit. dicens sanctis apis suis. qui hec omnia Vniuerso orbi p̃mulgari debebant. m̃. vltimo. Euntes. g̃. docete oms gentes baptizantes eos m̃ nomine p̃is. et filij. et spũs sancti. Docentes eos seruare omnia quecunq̃ mandaui uobis. et Marci. vltimo habet̃. Euntes m̃ mundum Vniuersum predicate euangelium oi creature. qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. qui uero non crediderit condemnabitur. Ecce legis Euangelice aphorismas et generalis m̃ omnibꝫ gentibꝫ p̃mulgatio cum dicitur. Euntes m̃ mundũ Vniuersum p̃dicate Euangelium oi creature. Ecce totalis et integra ad omnes homines obligatio. cum sub dicitur qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. qui uo non crediderit cõdemnabitur. Hec aũt explicita credulitas. licet omnibꝫ saluandis sit necessaria cum reali m̃ aggregatione m̃ catholica Ecc̃. que fit per ejus sanctissima sacramenta cum fideli et deuota obedientia ad sua sacra precepta. quia hec requiruntur

ad ꝓfessionem status fidelium reuelata iam gra nostri explicatio fidei et eius ꝓfecta notitia est omnibus fidelibus ẽxpresse necessaria quia minoribus sufficit hoc modo catholicam fidem explicite credere. sm qꝺ ab ecclesia sancta distincta ꝓcessos articulos credidit. et in casibus dominicis diebus cantatur in symbolo. s. credo in unum dominum Jesum et ꝓcessum am in certis festiuitatibus. uenerabiliter celebratur in quibus huiusmodi articuli deuotissime recolitur sicut fit in celebratione dominice incarnationis. que subsecus aduentu. et in festo annuntiationis gloriosissime uirginis domine nre recolitur. et sic de aliis deuotissimis festiuitatibus. ut in beatifica dominici natiuitate et ejus sacratissima passione et resurrectione et ceteris que simplicium credulitas licet respectu maiorum in xpo fide uiuentium. uocetur implicita. respectu tamen precedentis status ueteris synagoge appellatur explicita. Imo clarissima et multum apta sicut quilibet ꝓ se ipsum satis facile poterit intelligere. Nec sunt simplices ulterius de fidei subtilitatibus examinandi. nisi forte in aliquibus habeant suspectum qꝺ sint ab hereticis deprauati. ut declarat. s. tho. 2. 2. q. 2. ar. 6. Et 3. sen. di. 25. q. 2. ar. 2. Nam in his in fide maiorum quibus dedit deus altiore fidei mensura sufficienter saluantur. Maiores uo adquos pertinet alios in fide erudire teneri habere plenioren noticiam de credendis. et magis ea explicite credere. diuersimode in sm diuersu gradu in quem in hac statum ecclie constitutus est unusquisq; de quibus nonest ꝓ singula disserendum ad presens. Hoc in satis sit ad ꝓpositum qꝺ ad credendum explicite euangelicam fidem necessario obligat omnis qui saluari debet. et ad obediendum ejus sanctissimam legem et ad gnlem omnium fidelium obseruationem. s. mandatis ecclie quod in non erat necessarium in illa ueteri lege. Et hinc est. qꝺ Ethiopi eunucho regine candacis uiro nobili et deuoto. deus misit philippu ut eum instrueret et baptizaret sm euangelicam legem qm reuertebat a hierosolimis ubi uenerat adorare dm. Actu. 8. et cornelio centurioni cohortis uiro religioso et timente dominum apparens angelus domini precepit. ut faceret accersiri. Simonem petrum. qui eum in xpi lege. erudiret et baptizaret. ut habet actu. 10. Hoc aut ideo factum est quia iam non potant. sine explicita. x. fide saluari cum ceteris que ad hoc missum dicta sunt ꝓne. et hoc tpe. erat necessarium post diuulgatam euangelicam legem. quia ante poterant excusari. Ratio aut huius tam stricte necessitatis est qz iam eaque ad fidem ueram pertinent que ante implicita erant apostolis sunt explicata. Ut puta deum esse. et rem prouidentiam ac curam de salute hominum habere. Nam iam notissimum est. deum esse unum et unum. prem et filium et spm sanctum. Unum solum et uerum deum. et cetera ad hec ꝓtinentia Et similiter. rerum omnium prouidentia. et de salute hominum. diuina ac singularis cura sufficientissime est ꝓpositum suis fidelibus exhibita et monstrata quantum eis uidebat esse necessaria. Item hec omnia fuerunt uniuerso orbi per apostolos diuulgata ut tangit Actus ad. 10. 10. et ibi sacri doctores satis apte declarant. Item hec omnia

fuerunt

fuerunt a xpo omnibus saluandis Sub neccesitate conclussa et imperata sm
quod nunc tactum est sup. qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit
qui uero non crediderit condemnabitur. Mar. vltimo. Non igitur potest quisq
iam excusari - ut solum credendo - et faciendo ea que dicta sunt - sub illa antiqua
et implicita gnalitate se putet posse saluari. quia omnia que ante erant
implicita. et obscura. sunt iam clarius luce explicata et reuelata. Item non
potest horum ignorantia allegare. qr iam sunt. toto orbi sufficientissime diuul
gata. Item non potest dicere. se ad ea non obligari quia iam scit se a xpo
ad illa neccessitari eo rigore - ut sine eis non possit saluari. Imo etiam si illa
respuat. se nouerit perpetuo et neccessario damnari quia qui non crediderit
condemnabitur. Hec ei tria. ante xi. aduentum uidebantur fideles excusare
ut nil ultra agentes. in sola lege nature possent saluari. eo q pt tunc nondum
erant explicite reuelata misteria fidei. et redemptionis humane qntum ad
primum. Et eo simili q illa qlisunq diuina horum reuelatio in lege mosaica
nondum erat omnibus cognita et diuulgata. qntum ad 2m. Et eo simili
q licet in aliquibus perfectissime cognosceretur. et eis esset sufficientissime pre
dicata. non tamen erat eis obligatoria. ut non possent saluari sine ea cum
fuerit soli illi pplo data. et nullam aliam gentem deus neccesario uolue
rit obligare ad illam sm q lacius declaraui. sup. cap. 10. et 11. et 13. et
hoc qntum ad 3m. Hec aut tria opposito modo se habent ad homines omis
in lege euangelica. ratione quorum omnes indiferenter obligat. Si aut aliqs
forte esset natus et nutritus. ubi nunqm xpum cognoscere posset. nec eius fidem
et euangelicam legem ut puta inter remotissimas a nobis barbaricas nationes
uel alicubi habens aliquid similis impedimenti. respondet. s. tho. in 3.
sen. in preallegata. di. et 2. sen. di. 39. q. p. ar. 2. Simili innuit hoc.
idem. licet casus ibidem positus. diuersificetur aliqualiter. Dicit enim q
si talis faceret. qd in se est. s. uiuendo lege nature sm illam supdictam im
plicitam fidem et cetera deo deuotione fidelissima committendo. sicut face
solebant illi qui hoc modo saluabantur. in illo pristino tempore q talis deus
reuelaret qd agere deberet. ut eternam salutem qm obtabat attingeret. sicut et
illis duobus predictis uiris. s. Ethopi eunucho. et cornelio centurioni. dictum est
reuellasse qd et de aliquibus alijs hoc idem contigisse. ex scriptura posset
induci. Imo et nris et tporibus uidimus. aliquos mirabiliter sola diuina gra ins
piratos. ad fidem catholicam aduenisse ex similibus partibus remotissimis. fide
lis enim est deus et spantibus in se bonus nec eos unqm deseruit. ut perire per
miteret. si uero animo in se sperarent. et eundem totis affectibus inuocarent
Imo hoc ipsum q in eo credunt inuocant et sperant iam eius est donum ab eius
immensissima bonitate defluxum. Habet itaq omnipotens deus innumeras
uias et modos quibus illuminet suos electos et eos doceat. dirigat. et perficiat
nec omnipotentiam suam sic suis ministris hoibus alligauit in terris. Imo nec

etiam ipsis sacramentis. ut sine illis non possit suos convertere et salvare fide
les. Ut magr dicit. 4. sen. di. 4. Sine sacramentis tamen que ad salutem
sunt necessaria actu vel habitu susceptis nunquam aliquis salvatur. quia si
deus aliquem sine susceptione baptismi salvaret. baptismus tamen flaminis
in eo esset actu susceptus quo xpi membrum fieret ut salvaretur. baptismus
vero fluminis esset saltem habitu quo ejus militantem ecclesiam non
contemneret. sed eidem si posset corporaliter aut visibiliter incorporaretur
ne ab ea juste repulsus periret et damnaretur. Nam secundum quod magr. ibidem dicit
tunc completur invisibiliter in homine justicia salvationis eterne secundum quod habetur
ad ro. 10. corde creditur ad justiciam ore autem confessio fit ad salutem cum
s. misterium baptismi non contemptus religionis sed articulus necessitatis
excludit. que verba sunt originaliter. cipriani in 4. lo de baptismo. Sed nunc
his omissis iam ad propositum concludendum est. quod nullus potest extra hanc
sanctissimam immaculatam et unicam xpi ecclesiam salvari. nec fidem habere
vere dicendus est. si recte integre et explicite hanc evangelicam fidem
non profitetur et credidit. quantumcunque talis ferventer confiteatur et credat
unum dominum esse. etiam si illum asserat omnipotentem esse. et celi
et terre ac omnium rerum visibilium et invisibilium creatorem qui populo
Judeorum per manum Moisi dedit legem et cetera talia. que licet in se videantur
esse vera. non tamen ea ratione quam fides catholica determinat illa. s. cum expli
cita determinatione ceterorum articulorum quos sancta confitetur ecclesia. s. illum
dominum omnipotentem creatorem celi et terre esse trinum et unum patrem et filium et
spiritum sanctum. etc. et filium dei fuisse in virginem incarnatum. et ex ea perma
nente virgine natum cum ceteris ad hec pertinentibus. quia iste est unicus et
verus deus de quo hec omnia credenda sui fideles profitentur in ecclesia. et preter
eum nullus est alius. Cum igitur istum unicum solum dominum. sub his par
ticularibus fidei explicationibus. infideles non credant. sequitur quod nullum
dominum credunt. cum preter istum nullus sit deus secundum quod declarat. s. tho.
2a. 2e. q. 2. ar. 2o. Nam licet verum sit quod deus est unus omnipotens et
omnium rerum creator. tamen non est verum quod ille non sit trinus. pater et filius. et
spiritus sanctus. et quod filius non sit incarnatus etc. que omnia infideles non con
fitentur sed negant. et sic per consequens hec de eo non confitendo. infideles
non confitentur verum dominum. et quod gravius est hec de eo negando negant ve
rum dominum preter quem non reperient aliquem alium cui credentes possint
dici vere credere dominum. Non enim est talis deus qui creavit omnia. et sit omni
potens et legem dederit Moisi etc. et tamen. non sit trinus et unus pater et
filius et spiritus sanctus. et filius non fuerit incarnatus. natus et passus et
cetera que sancta confitetur ecclesia. sed ille idem de quo credimus illa. ipse unicus
et verissimus est. de quo confitemur et credimus ista. nec potest dividi aut

aut multiplicari ut et nobiscum p fidem maneat et ab illis non ex falsa
credulitate discedat. Vt illa de eo credendo et hec negando verum dm credat
falsa ergo deliramta confingunt nec uere deum credunt quicunq solu illum
veteriq testamto modo predicto inherent in credendo. negantes euangelicu
pfectissimu statum ideo recte infideles uocant. Idem est de paganis vnum
dm omnipotentem credentibus. Idem est de hereticis ab integritate fidei dis
crepantibus. quorum genus reducunt sancti doctores ad quamdam infidelitatis
speciem licet non tam apertam sicut et eam quam illi retinent. qui toti catho
lice fidei aposita fronte resistunt. Idem est de quibuslibet q ab vnitate fidei
et sancte matris ecce recedunt quibus nec aliqua opera bona. quantucunq de se
sint sanctissima et pfecta pficere possunt ad uitam sed omnes dum sic
manserint talis finiendo. indubitant damnant et pereunt quantumcunq
in suo modo uiuendi videant esse purissimi. eo q talia fiunt. extra sancte
matris ecce gremium ex quam non potest esse aliqd meritum. aut remunerabile
premium et ideo satis congruenter Beatus Augus in li. de vera religione. ex
pellit quatuor hominum genera a nra vnica et sanctissima ecca. in quibus
dicit q non est uera querenda religio. qua a suis fidelibus ueraciter et deuote
vnus uerus colitur deus. eo q in his nulla talis religio esse potest. qui sunt
isti. s. pagani et heretici. scismatici et iudei quorum congregatio non potest dici
ecca sanctorum sed ecca malignantium. ps. 25. Odiui eccam malignantium et
cum impijs non sedebo. Nec enim inquit ipse. in confusione paganorum nec
in purgamentis hereticorum. nec in langore scismaticorum nec in cecitate iudeorum
querenda religio est. Sed apud eos solos qui xani catholici ortodoxi. nominant
integritatis custodes. et recta sectantes. Hos g. dicit a xana religione alienos
qui nobis in vnitate scte mris ecce tenenda est. debere ab eius catholicis repu
diare. non q ecca non possit et uelit eos in vnitate fidei. et scte comunionis
recipe et eis de eterna salute. et comuni pace cum ceteris fidelibus puidere
si uelint de suo pristino errore debite penitere et ad eam redire humili et de
uote. Sed quia ipsi ab eadem ecca se separant. ideo iuste iubent a fidelibus
repudiari. Dum sic pmanserint. tanquam sibi ipsis damnabiles. et perituri. et ca
tholicis fidelibus pestiferi et nimium periculosi. Ex his g. supradictis eli
ciunt due vtiles et verissime conclusiones. Prima est condemnatio cuiusdam
errores. in quo solet dici. q quilibet potest in sua lege saluari. dum vnu dm
credat. et ei seruiat viuens lege nature. qd tamen falsissimu est et hereticum
p statu noui testamti et euangelice fidei. sm q ex hoc cap patet. licet p statu
ueteris legis poterat verum habere. sicut superius in capitis hic sup notatis lar
guis declaraui Augus in sup illud ps. 83. s. pater inuenit sibi domu et turtur
nidum ubi reponat pullos suos declarat hoc larguis quomodo ex vnam explicitam
euangelice fidem et gremium. s. mris ecce nemo potest saluari quantumcunq uideat.

dt
p expositione
psalmi 83.

tio in quo et peccata nra tolluntur et gre virtutes et dona nobis digne sumentibus con
feruntur et augmentantur et crescunt. eo quibi uel in ipso grarum uberrimo fronte. abun
dantissime continentur. a quo per alia ecclie sacramenta larga quadam benedictione
emanant et perfluunt et ad xpi fideles. uelut per quedam vasa grarum eueniunt. et eorum animas.

irrigando fecundant. pro quibus testimoniorum cumulum qui prestoerat adducere pretermit
to sed solum una quedam breuis auctoritas. sufficiat ex veteri testamento. Nam Jere. 31.
ubi de nouissimo tpore. s. status euangelice agitur sm̄ q in principio premititur et de salua
tione omnium gentium per xpm̄ q signantur sub nomine isrl. ibi statim subditur
de grarum abundantia et spuali delectatione huius sacratissimi sacrifitij pariter et
sacramenti et similr aliorum sacramentorum significata sub nomine corporaliu delec
tabilium sicut spture moris est cum loquitur ad comune cetum fidelium, unde
post alia sic dicit. reddemit ei deus iacob et liberabit eum de manu potentioris. et
venient et laudabunt in monte sion et confluent ad bona dni super frumento et vino et
oleo et fetu pecorum et armentorum. erit que anima eorum quasi ortus irriguus et ultra
non esurient etc. per iacob ergo designatur ppls xpianus quem ad modum habetur
Ysai. 44. secundum hebraicam veritatem q nomine iacob et isrl. debebat noiari. si
cut hic et ibidem sacri doctores exponunt et dicit, q eum reddemit et liberabit per
modum preteriti propter certitudiem prophetie, de manu fortioris. s. de captiuitate
inimici quem ipse ~~liberauit~~ alligabit. qui tn̄ fortior dr̄ qr non est potestas sub celo
s. in hominibus qui comparetur ei ut habetur, iob 41. et venient et laudabunt in monte
sion. s. in ecclia militante. cuius robustissima fidei et sacramentorum arma in monte sion
fuerunt dno inniciata. et inde apli acepta ex alto virtute eggresi sunt ad illuminandum
et liberandum uniuersum orbem. et confluent ad bona dni super vino et cetera. per hec cor
poralia delectabilia parabolice intelliguntur bona spualia que non capiuntur prout
comuniter ab hominibus nisi sub similitudine corporalium propter quod sptura noui et
veteris testamenti frequenter per hmoi talia loquitur parabolice et est sensus litera
lis. non ille qui per voces in mediate significantur sed ille q per res significatas
intelligitur, sicut illud quod habetur iudicum. 9. yerunt ligna ut ungerent sr.
se regem. etc. Per frumentum ergo et vinum significatur eucharistie excelen
tissimum sacramentum. q sub speciebus panis et vini conficitur. per oleum uero de
monstratur gratie pinguedo q in hoc sanctissimo sacramento et in alijs suo
ordine confertur, qua exhillaratur facies fideliu. per fetum vero armentorum
et pecorum demonstratur multitudo fidelium ad xpianum ppltm venientium. qui
hmoi nominibus aliquando noiantur. sicut in ezechiele signantur. c°. 34. clarissime
demonstratur et ad idem habetur. ps. 95. et nos ppls pascue eius et oues manus eius.
et dicuntur hic peccora minores. armenta vero maiores. erit q aia eorum. s. oim
istorum fidelium qi ortus irriguus. s. ex affluentia grarum et donorum que noie aque
designantur ex sacramentis noue legis manantium. et animas fidelium xpi irri
gantium. et ultra non esurient. s. qr mendicitatem et indigentiam gre non patient.
Sicut in lege veteri passi fuerunt qr hac ipsa gra a xpo per eius sacramenta
collata uelut quibusdam alimentis, fidelium anime perducuntur in celestia. propter
quod ipsum eucharistie sacramentum q est caput et origo omniu aliorum sacra
mentorum, viaticum noiatur unde et xps de hmoi fidelium irrigatione absque
defectu penurie loquens, dixit mulieri samaritane. Jo. 4. qui biberit ex hac

Aqua quam ego dabo ei non sitiet iterum, sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aq̃s. uiue salientis in vitam eternam // sic igitur apparet perfectio euangelice status. quantū ad corpus legis cuius notabilem differentiam ad legem veterem ipse adhuc. iere. declarat in eo cap̃lo cum subiungit. ecce dies veniunt dicit dns. et feriam ꝑ domui isrl. et domui iuda ꝑ hedus nouū, non secundū pactū quod pepigi cum ꝑribus eorū in die qua apprehendi manū eorū ut educerem eos de terra egipti, pactumq̃ irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorū dicit dns. sed hoc erit pactum quod feriam cum domo isrl. post dies illos dicit dns dabo legem meam in visceribus eorū et in corde eorū scribam eam. et ero eis in deū et ipsi erunt mihi in ꝑplm ecc̃. Horū declarationem omittens hoc iuxta ꝓpositum intendo deducere ad pns. q̃ a lege veteri xp̃i lex debebat differre tamquam ꝑfectum ab imperfecto cuius imperfectionis radix et fundamentū fuit duricies in eorū. ut eis quedā uelut extorte ꝑmitterentur et ad alia obseruanda coacte quodammodo comparerentur ꝑ timorem et dominium. et ego inquit dominatus sum eorū dicit dns. et ideo non hoc sapere debebat lex euangelice perfectionis. non inquit secundū pactū q̃ pepigi cū ꝑribus vris. debebat ergo esse lex xp̃i totū hominem perficiens, nullum malum ꝑmittens et ad omne bonum inducens. lex peramorem et charitatem oms xp̃i fideles equaliter et unanimiter coniungens. et eos ad legis obseruantiam ex visceribus caritatis inducens velut nouū et ꝑfectum ꝑplm. non iam aspere dominantis sed benigne inclinantis et amantis deo. dabo inquit legem meā in visceribus eorū et in corde eorū scribam eam et ero eis in deū. et ipsi erunt mihi in ꝑplm ista igitur est lex dni immaculata conuertens animas et testimoniū dni fidele sapiam prestans parvulis. ps. 18. ex perfectione ergo nre sanctissime euangelice legis necessario concluditur. quod debemus esse oms fideles ~~in pfectionem~~ in tanto duo ꝓxime dictum in duobus precedentibus capitis. unanimes equales et concordes. ut quos deus tanto amore coniungit homo non separet. m. 19. et q̃ hec unanimitas equalitas et concordia debet ee communis ꝯibus populis et gentibus et nacionibus sive iudeis sive gentilibus iam credentibus quantū ad hec omnia in xp̃i lege perfecta suppletione completa. que ante ut dictum est erant imperfecta. s. q̃ participatio sacramentorū sive quantū ad effectum. et administrationem sive quantum ad debitam susceptionem eorū debet esse equalis ꝯformis adquelibet fidelium nisi quantū ꝑsonalis indisꝑpositio cuiuslibet aliter postulauerit. et inde sequitur q̃ connubia et matrimoniales commixtiones debent contrahi ad invicem. communiter inter omnes xp̃i fideles. non notando maculam alicuius generis ratione ꝑoris infidelitatis sed solum personales cuiuslibet conditiones. et inde simr sequitur. q̃ comunicatio hospitalitatis confraternitatū et sepulture et cuiuslibet alterius eccl̃iastice comunionis. in caritate debet omnibus exhiberi. ea dē conformitate. et hec quantū ad cerimonialia ꝓcepta. per xp̃m in noua lege perfecta. Quantū ad moralia vero simr est dicendū q̃ comodatio mutui et caritatiua subuentio in operibus pietatis et cordialis dilectio ac conuictus et participacio ꝯformis et indiuiduitas matrimonij et cetera talia ad hmoi pertinentia debent esse omnibus equo iure comunia, quantū ad iudicialia vero hoc idem est concludendū. s. q̃ decreta eccl̃ie et eius sanctissime santiones et seculares statuta ac leges forales. et cetera talia pro conseruando iure fidelium amatoribus ordinata debent esse omnibus sive iudeis sive gentilibus in xp̃m iam credentibus pari ordine et charitate comunia. et ut equo iure obseruentur ab oibus instituta. quantum ad complementum etiam totius euangelice perfectionis institutum et demonstratum altissime in consilijs. hoc dicendum est q̃ de aliis. s. q̃ statuis religionis debet esse

Comunis omnibus xpianis qui se iuxta xpi verbum inspirate deo propter regnum celorum
a secularibus desiderijs castrare et totamente deo seruire decreuerint nec debent notanter expelli
propter quodcumque infidele et improbum sanguinis genus unde ad p. christi fidem aduenerint
sed tantum modo iusta ioanem aplm debent eorum spus probari an ex deo sint. et quorum cor
da constiterint non esse recta cum dno deo suo nec eis via proficiendi/ per gradus sue ascen
sionis patuerit. quos gradus in hac valle lacrimarum fatentur cum propha. se velle disponere
tales inquam charitate prouia sunt dirigendi ostensa eorum inepta tepiditate aut non debita et
inordinata dispositione. ac deinde ut per aliam viam redeant in regionem suam. illam
vz. patriam celestem cuius aditum petunt salubriter sunt admonendi. et hoc quicumque sint
illi. qui vero feruido animo dnm querunt et a deo inspirati esse probantur apertis totis vis
ceribus charitatis sunt recipiendi in eius collegio. et equa cum alijs in omnibus et per oia lege
tractandi non notata inter eos generis disparitate. et hoc idem est de omnibus alijs exercitijs et
actibus euangelice perfectionis. a xpo suis fidelibus salubriter reuelatis. quia debent hec oia
esse comunia omnibus xpi fidelibus ea propter deum subire volentibus hec est. igitur perfectio noui et eter
ni testamenti a xpo mirabiliter instituti et sub hijs tribus generibus preceptorum distincti et deter
minati. in quo sumus omnes equaliter coadunati et perfecti et supradicte excellenti altitudini
fidei et sacrifitij configurabiliter adaptati. quemadmodum fideles illius veteris testamenti erant
in his que dicta sunt imperfecti. qui per talia ordinate configurabantur sue inuolute fi
dei et crasitudini sacerdotij. unde post supplectionem illius pristine imperfectionis
statim xps subiungit suis fidelibus. loquens. m. 5. estote ergo perfecti sicut et pr vestr
celestis perfectus est. Omnibus enim sanctissimam suam legem exposuit et singulos
undecumque ad eam venientes in equali et perfecta amabili filiatione suscepit. Jo. p.
quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in
nomine eius. Recipiunt autem omnes fideles xpm per fidem et sacrifitium et ideo omnes
eius adoptiui filij equaliter efficiuntur et integram sue sanctissime legis comunicationem
cum ceteris admittuntur. ac per consequens sicut eiusdem glie in patria ita eiusdem gre in
ecclia omnes efficiuntur heredes. sicut declarat apls ad ro. 8. ipe inquit spus testimo
nium reddit spui nro quod sumus filij dei. si autem filij et heredes. heredes quidem dei. co
heredes autem xpi. ubi dicit. glo. quod per spm sanctum fit hec societas et unitas qua efficimur
unum corpus unici filij dei et quod unitas nos compaginat quam facit charitas. que. s. omnibus
omnia equat. nam ut in eodem caplo subiungit apls quid ergo dicemus ad hec. si deus nobiscum
quis contra nos? qui etiam proprio filio suo non pepercit. sed pro nobis oibus tradidit illum
quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? quis acusabit aduersus electos dei. q.
deus qui iustificat. quis est qui condenet? quasi dicat nullus sm hac itaque euangelice legis
sanctissima perfectione unita e ecclia fidelium equali gra et amore. et ex duobus pplis
sic mirabili unione conexa. s. ex preputio et circumcisione. unde glo. ad ro. 8. decla
rans illam auctoritatem apli hic superius inductam. s. non enim acepistis spm seruitutis
iterum in timore sed accepistis spm adoptionis filiorum dei. in quo clamamus abba pr.
ostendit satis ad propositum hanc ex utroque pplo unionem sm predictam legis xpi sctis
simam perfectionem omnibus expositam et comunem ab aplo ee figurabiliter demonstratam
in hoc quod dicit. in quo clamamus abba pr. ubi sic dicit. in quo qui dedit spm adoptionis per

Quem nos liberi de vtroq; pplo in ecclia collecti. clamamus intense non ingrati de iustitia. Clamor iste cordis est non labioz; intus sonat auribq; dei quatr susana clauso ore labijs immot; clamabat. iudei quidem clamabant abba. gentiles vero pater q; trib; est abba enim hebraice. latine vero pater dr. sed propter sacramentu vtrumq; posuit apls sicut et marchus vtrumq; dnm in passione diuisse comemorat. et fortasse dns propter sacramentu ecclie insinuandu vtrumq; dixit. cui factus est angularis lapis venienti partim ex hebreis ad quos pertinet, abba. partim ex gentib; ad quos pertinet pr. quia ecc est de vtroq; pplo in vno angulari lapide collecta qui fecit vtraq; vnu ut esset vng grex et vnus pastor. cui ecclie bonus magr compatiens in se ostendit filios eius. s. martires. non debere desperare si qua forte tpe passionis ecz ex humana fragilitate tristitia irrepit cui ecm vincerent, voluntati sue apponendo voluntatem dei. eleganter ergo et non frustra diuersarum linguarum verba posuit ih; significantia propter vniuersum populum qui de iudeis et gentib; in vnitate fidei vocatus est. hec glo. ex his igitur apprehendant omes qui huiusmodi fideles ex iudeoz; genere venientes a participatione integra in his tribus supradictis generibus preceptoz; expposita separare laborant et eos ab vnica et conformi cu cet̄eris fidelib; in Christi lege fraterna communione expellere non formidant. quantu euangelice legi et eius sanctissime perfectioni contradicant. Nam eam ut liquidum est suppriment decurtare et conculcare festinant in quo mirabilem gre xpi pinguedinem diuisate fidelibus pphetam et illius aque vive perfectam irrigationem fidelium animas inebriantem impedire et conturbare contendunt. ac in hoc xpo et apl̄o contradicunt et dei sacramenta deminuut. et ecclīam fidelium quadam dānabili seditione rescindunt. vnde certissimu est q; multu delinquunt sm quod in conclusionib; secunde particule apertius declarare intendo. siquero contra ea que de statutis ecclīasticis sanctionib; dicta sunt. s. q; debent orib; xpi fidelib; equo iure proponi. aliquis forte conetur opponere. querat in rebus positionib; argumenta ex vtriusq; particule et ibi ut credo reperiet vnde proprium animu conquietet. si tn. hac intentione hoc querat ut inuenta pace quiescat et non magis ut semp pertinaciter optata lite decertet. q; tunc nisi proprij animi feruores ipm despumet quiescere non valebit. ysay. 57. cor autem impij quasi mare feruens quod quiescere non potest et redundant fluctus eius in cotulcationem et lutu. et no est pax impijs dicit dns. interea tn intelligat contra veritatem euangelica militare ipam hanc suam contentionem et amaritudinis zelum quo xpi fideles sic separare conatur. sm q; beatus apl̄us iacob; proclamando declarat cum dicit. Jacob. 3. si zelum amarum habetis et contentiones simt in cordib; vris nolite gloriari et mendaces ee aduersus veritatem no enim ista sapia desursu descendens sed terrena animalis, diabolica. vbi enim zelus et contentio ibi inconstantia et omne opus prauum erit.

¶ capitulu. 31m. vbi ostenditur q; status sancte mis ecc sit pfectus per xpm. quantu ad claram et aptam promissionem vltimis. s. beatitudinis. ad quam suos fideles inducit et ex hoc simile declarat. q; debemus ee omes equales mansuetos et concordes —.

Ex his tribus capitulis sup dictis vt̄ra potest educi licet quodam ordine retrogrado et a posteriori

Quomodo status sancte matris ecclie sit perfectus per xpm quantum ad omnes suos fideles. respectu ultimi finis qui est vita beata siue beatitudo celestis nam cum hec tria supra dicta s. fides. sacrifitium et lex. fideles sub eis contentos ordinent in finem ultimum. consequens est ut sibi invicem conformentur. ut si finis ultimus sit perfectissimus et certa fideli ac indubitabili pollicitatione notissimus. Necesse est quod hec tria supra dicta sint etiam omni perfectione completa ad hoc quod tali fini sint proportione debita coordinata. semper enim ex ipso fine sumitur ratio eorum qui sunt ad finem. sic etiam concludendum erit a posteriori. s. quod his tribus supradictis in sua integra perfectione existentibus finis quem intendunt debet ad id esse perfectus omnino. ut sic recte utraque proportionentur. et ideo quemadmodum mois aice legis status erat ad invicem in his quatuor proportionatus. quia sicut in fide involutus et in sacrifitio rudis et grossus et in lege erat multiplici permissione imperfectus. ita etiam erat multum a perfectione ultimi finis remotus quia super celestis illa beatitudo non dico hinc exeuntibus exhibita verum etiam saltem aperta aliqua pollicitatione nunquam reperitur eisdem fuisse promissa, sed sub quibusdam rerum temporalium similitudinibus et figuris per totum illum veterem statum occultata permansit. sm. quod superius c. 17. declaraui. quanto tamen magis status ille appropinquabat ad xpm tanto magis hec ipsa beatitudo que per eum promissione apertissima reuelanda erat detegebatur. Sicut et alia tria ad ipsam consequentia. sm quod demonstraui superius. c. 21. post quam uero xps nr legifer gloriosus aduenit. hanc in principio sue sanctissime legis clarissimis verbis suis fidelibus repromisit. m. 5. dicens beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Nec ibi post hoc conticuit sed hac ipsa voce per tota sua sacrata euangelia pertonuit. ipse g. qui fidem nram reuelauit clarissima luce et qui tante venerationis sacrifitium instituit. et qui suis fidelibus legem tam perfectissimam tradidit. ipse inquam eisdem fideli. et irrefragabili promissione finem ultimum integraliter patefecit, eo quod ista quatuor ut dictum est se consequebantur ad invicem. patet g. quomodo ex tribus illis capitulis proximis demonstrari potest perfectio status sancte matris ecclie quantum ad ultimum finem unde apostolus in epistola ad hebreos. postquam fidei nre claritatem ostendit. multum ab illa veteri diferente. et postquam xpi sacerdotium demonstrauit undique perfectissimum per quod illud pristinum aaronicum reprobatum esse conclusit. statim totius legis mossayce propalauit infirmitatem ac xpi legem pertulit in sua integra perfectione. ac deinde concludendo subiungit firmissimam spem quam per xpm habemus de hoc ipso fine ultimo perfectissimo. ad hebre. 7. cum dixisset nihil enim ad perfectum adiungit lex. statim subintulit. introductio vero melioris spei per quam approximamus ad deum. s. facta est in lege noua per xpm. nam glo. ibidem dicit. introdductio uero fit per pontificem predictum s. xpm. melioris spei. i. melioris legis per quam speratur gloria eterna ibi enim sperabantur temporalia / hic celum. per quam spem approximamus ad deum. hec glo. et sic omnis xpi fideles iam spe salui facti sumus. sm. quod ad ro. 8. declarat apostolus. hec est illa certissima confidentia a Jeremia propheta diu ante prenuntiata. Quam xpi ecclia de cetero habere debebat

Post quam esset per xpm saluata q ex omnibus gentibus per eum congregari debebat
manentibus per concordiam in hac ipa beatissima confidentia secundum q per totum capitulum
diffusius tangit propha. Jere. 33. ubi inter alia sic dicit ad nrm propositum. in diebus
illis saluabitur iuda et israel habitabit confidenter. et hoc est nomen q vocabunt eum
dns iustus nr. per iudam autem et israel xpianus ppls designatur undecumque congre
gatus ad xpm sm q tetigi superiori capo. et hi omnes debebant credere cognoscere et
inuocare verum deum et dominum suum ipsum messiam regem ex semine dabid sm carnem
ubi dr. per quem omnes. sic saluati debebant de ingressu illius vite beate securati in
tra sanctam ecclam habitare de cetero confidenter. ex ista autem unica omnium fidelium
certissima confidentia et status euangelici altissima perfectione qua vocati sumus omnes
in unam et eamdem clarissimam spem vite beate et retribuitionis eterne. tenemur ad
inuicem in ecclia esse unanimes et equales pacifici et concordes sicut in illa celesti patria
quam speramus debemus esse uniti ac mutua dilectione conformes. Nam ex fine sumitur
semper ratio eorum q sunt ad finem sicut superius nunc tetigi. et ideo ex hoc ipso funda
mento arguens apls comendat summo opere unitatem et pacem omnibus xpi fidelibus
suadens ut sint unum corpus et unus spus. ad ephe. 4 soliciti inquit seruare unitatem
spus in vinculo pacis. unum corpus et unus spus sicut vocati estis in unam spem vo
cationis vre ubi dicit glo. q hec unitas spus est ecclastica unitas quam in omnibus xpi
fidelibus facit spus sanctus in fine vero post multa concludit ad propositum. dicens. sic
vocati estis in unam spem vocationis vre quia ita debetis esse unum corpus sicut vocati
estis ad fidem. s. in unam spem vocationis vre. i. ad unam rem speratam que est effectus
vocationis vre hec glo. Hec autem unitas ac pacifica et conformis equalitas debet in omnibus
fidelibus esse secundum determinatum modum in capitulis precedentibus ex quibus ut dictum est propor
tionabiliter deducitur istud pns. s. ut ex omnibus ppls gentibus et nationibus undecumque in xpm
credentibus possint et debeant in ecclia esse. aliqui presidentes alios fideles catholicos in eter
nam beatitudinem dirigentes et hoc sm. mensuram donationis xpi cuilibet diuersimode
traddite. sm quam iubente ecclia debet eius fidelibus deseruiendo prodesse. et q similiter ex omnibus
poplis gentibus et nationibus debent in ecclia esse aliqui alij xpo simpliciter adherentes. nec plusquam
sibi adeo concessum est sapientes sed maioribus propter deum. uelut subditi obedientes et
sibi inuicem mutua dilectione ac charitatis operibus conuiuentes aliter enim non esset unum
corpus ecclia. nec vinculum pacis et unitas spus seruaretur in ea propterque xpus nr gloriosi
ssimus legifer et redemptor qui hanc ipam altissimam spem tanta certitudine in suis fide
libus sublimauit. eidem ex aduerso horrendam ac miserabilem dannationem opposuit, sicut vis
ipsa naturalis iusticie deposcit, q sicut bonis premia gloriosa pro iustis eorum operationibus
promituntur. ut tpore suo absque ulla dilatione reddantur sic prauis quibusque dannabilia tor
menta pro eorum demeritis iusta comminatione pronunciantur. ut eis postmodum intremendo
illo iuditio absque aliqua dubitatione infligantur et sic utramque diuine iusticie partem
longa quadam prospectatione xpi fideles necessario tenentur prospicere. ut unusquisque
secundum talentum sibi a dno traditum fideliter operetur et nemo in ecclia dei aliquem alium

impedire conetur. Unde inter parabolicas similitudines regni celorum. s. militantis ecclesie
quas protulit xpus suo sanctissimo ore et eas fidelibus suis pro speculo ad hornandevite
reliquit. recte hanc etiam paulo ante suam sacratissimam passionem inseruit in qua
presens propositum uelut in quadam explicita narratione relucet. m. 25. homo quidam
peregre profiscicens vocauit seruos suos et traddidit illis bona sua. et uni dedit quinque
talenta. alij vero duo. alij vero unum unicuique secundum propriam virtutem et perfectus est ecclesia.
quis itaque inquit bts gregorius in homelia. homo iste est qui peregre profisciscitur nisi redemp
tor nr. qui in ea carne quam asumpserat abiit in celum. carnis enim locus propie terra est
que quasi ad peregrinandum ducitur dum per redemptorem nrm in celum collocatur. sed homo iste
peregre profiscicens seruis suis bona sua traddidit quia fidelibus suis spiritualia dona con
cessit. hec ille. et recte quidem. Nam secundum apls ad ephe. 4. unicuique nrum data est gratia secundum
mensuram donationis xpi. propter quod dicit ascendens xpus in altum captiuam duxit
captiuitatem dedit dona hominibus. ubi dicit glo. data est gratia. i. gratiarum donum secundum
quod xpus mensurat. alij hoc. alij illud etc. et hec quidem dona non sunt fidelibus xpi con
llata ad otium et voluptatem sectandum sed ad sancta charitatis negocia alterutrum
exibenda. unde lucas. 19. c. dicit. quod dixit seruitoribus suis quando pecuniam traddidit
illis negotiamini dum venio. et uterque euangelista concludit quod post multum temporis rediens
posuit rationem cum seruis suis. ut sciret quantum quis negotiatus esset. hec autem nego
tiatio ordinata est a xpo ad comunem suorum fidelium utilitatem consumationis salua
tionis eorum et edeficationem corporis xpi quod est ecclesia militans. secundum quod in prealleg ato
capto concludit apls dicens quod hoc ordinatum est ad consumationem sanctorum in oppus mi
nisterij in eddificationem corporis xpi. et prima corin. 12. postquam secundum omnes diuisiones gratiarum
et ministrationum et opperationum. fidelibus xpi per spiritum sctum concessas esse monstrauit
statim easdem ad comunem ecclesie utilitatem per deum ordinatas esse conclusit dicens. unicuique
autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem s. comune. ubi glo. dicit ad utilitatem
s. ecclesie. quia etiam minor qui est in ecclesia prodest. ex hac igitur ipsa altissima spe future
beatitudinis nre nobis a xpo fideliter repromisse tenemur omnes esse equales unanimes et concor
des alter alterius onera portantes et ad inuicem mutuo ac fideli iubamine conuiuentes. ad
que omnia intra sanctam ecclesiam libere et indistincte suscipimur omnes. diferentes uero secundum
spirituales xpi liberas donationes. quas unicuique nrum diuersimode ipse concessit per quas
proportionaliter in futuram beatitudinem ordinamur. et propter eam uelut ex oppo
sito quadam adiuncta formidine tamquam tremuli in pietatem. et secularia desideria
abnegamus ut iuxta apostolum. ad titum. 2. sobrie. iuste et pie viuamus in hoc seculo ex
pectantes beatam spem et aduentum magni dei et saluatoris nri ihu xpi. et nimirum.
nam secundum quod in prealleg ata homelia dicit beatus gregorius. dns qui talenta contulit. rationem
positurus dedit. quia is qui nunc pie spiritualia dona tribuit districte in iuditio merita
exquirit. quod quisque acceperit considerat et quod lucrum de aceptis reportet pensat. cum enim auge
tur dona ut ante hec dicit ipse. rationes etiam crescunt donorum. que omnia sine dubio ces
sarent. si fideles iuxta hec supradicta equales unanimes et concordes in ecclesia libere non

Consisterent et sic spes nra pro magna parte confusa poneret et metus discrimiuditij
equalem locū in fidelibꝫ non haberet si quibuldam ad liberas actiones aperta esset eccl̃ia
alijs vero clauderetur et eos abiiceret abseipa. concludendꝫ ergo qđ oēs xp̃i fideles sunt
equalis iuris et gr̃e. sicut sunt eiusdꝫ spei et paris rigoris in expectatiõe illius discrete
future iustic̃e. et hoc sive ex circūcisione sive ex gentilitio ad xp̃i fidem aduenerint
Dequo quantū ad spūales gr̃as et beneficia quibꝫ gratificatur et prosciscitur alia cū deo
non est dubium quia ministeria eccl̃ie et eius sacramenta quantū ad hmoi nulli clauduntur
sed oibꝫ sufficienter dispositis patent ad libitum ſm̃. devotionem et ordinatam capacita
tem eorū. De admīstrationibꝫ vero officiorū ordinum et statuū hoc idē ut iam tetigi
est dicendū. nam pro sufficientia cuiuslibet debent hmoi ordines officia et dignitates distribui
per respectū ad gratuitū donū spūs sancti q̄ sibi adeo collatum est. ad comunem vtilita
tem eccl̃ie. ut cum eo velut cū talento sibi tradito ad meritū et beneplacitū xp̃i laboret
et illud in suis fidelibus exercendo multiplicet. ut eidē gl̃iosissimo redemptori multipli
catum reportet secūdꝫ tm̃. rectū et debitū ordinem. ut primo videl̃ in proficiendo incipiat
a semetipso et semper redeat in idipsum deinde ut hoc exequatur et agat secūdꝫ tenorem
et modum quē eccl̃ia mandat et ordinat ne vltra eius sanctissima ~~sc̃issima~~ statuta pre
sumptuose se ingerat aut in exequendo temere suppredicatur et eius limitē excat. si
cut igitur ille peccat qui talentū dñi ihū. ſ. gr̃am et donum q̄ ad vtilitatem comunem
recepit a deo abscondit sive marcenti ignauia sive totus in vtilitē occupatus et in mercibus
circa terrena in tantum ut teste veritate damnabilit̃ puniatur q̄ eo. m̃. 25. tollite in quit
talentum a deo. et in vtilem seruum mittite in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stri
dor dentium. non minus ergo peccauit imo multo magis ille q̄ constitutus est a dño. super
familiam suam qui debet esse fidelis et prudens. ut det illis in tp̃e tritici mensuram. et vi
cuiq̄ cor̃p in ponat et imperet secundꝫ pr̃opr̃ium donum aut gr̃am acceptam. ut secundꝫ
illam vtilitatē comunē sub serviat. laboret et administret eccl̃iam sibmoi fidelibꝫ hec
xp̃i talenta a deo recipientibꝫ ad talia eccl̃ie seruitia. et spūales labores et administra
tiones debita onera non imponat. et eos quantū ordinate concessū est nō adiubet inītet
et cōmoneat. nam quicumq̄ fidelis etiam si gr̃am aut donū cum quo p̃ficere posset obti
neat. potest tm̃. excusari si ſm̃. illam non exerceatur et agat eosq̄ ex humilitate non se cog
noscit talem gr̃am habere. imo multum meritorie et laudabilit̃ ager. si sibi soli coram
deo vocare desideret quanta cūq̄ industria et virtute refulgeat. et se oīum minimum
et in vtilem seruum opinetur et credat. sed ille qui pro speculo positus est in eccl̃ia. ſ.
epūs vel prelatus. quos simili dono fulgere conspexerit debet ad laborandꝫ in domū dñi
non dico inducere sed compellere. et velut seruus fidelis et prudens super dom̃ familiā
constitutus yconomus. debet hos tales sibi coadiutores assumere. iste in qm̃ non potuit ex
cusari quin pro alicuius talento non det strictissimam rationem: pro quibꝫ ipsi
qui ea habent etiam merebuntur si ea modo supradicto absconderint. ex vera humilita
te. multo autem amplius demerebitur et peccabit qui hos tales ab eccl̃ia repellit
et ut ad propositum loquar. legem spūs sc̃o in ponere intendit. ut non posuit non
dico in vnū. quendꝫ hominem sed in vnam plurimam gentem suas gr̃as et dona resi
dere quibꝫ eccl̃iam dei laudabilit̃ et fidelit̃ valeant regere et administrare. et eos.

contra diuinum preceptum et eius sanctissimam legem ac huiusmodi ministerijs erecta cerui
ce contendit expellere. et dni talenta velut in terram suffosa compellit abscondere et
futuram illam spem remunerationis ut ita dicam fidelibus coangustare et eis metum
quem xpus imposuit illius districti examinis computare ac per hoc ecclie profectibus
contradicere et iuditium illud futurum dni ihu minuere et decurtare. ut iam ipse con
tradicentibus istis rationem de talentis que libere suis fidelibus tribuit cum iudicare venerit
non posit exigere. teneamus igitur pro irrefragabili conclusione salutarem illam.
apli monitionem quam ad hebreos .10. dirigit ad hanc partem in qua si quis aduer
tat lucide. totam huius pntis capli concludit intentionem cum dicit. habentes itaque
fres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine xpi. quam iniciauit nobis viam nouam et
viuentem per velamen .i. carnem suam et sacerdotem magnum. accedamus vero corde in
pletitudine fidei aspersi corda a conscia mala et abluti corpus aqua munda. teneamus
spei nre confessionem indeclinabilem. fidelis enim est qui repromisit. et considere
mus inuicem in prouocationem caritatis et bonorum operum / non deserentes collectio
nem nram sicut est consuetudinis quibusdam. sed consolantes et tanto magis quanto
videritis appropinquantem diem. ubi post alia sic ad propositum dicit glo. non
deserentes collectionem nram .i. collectos in fide nobiscum. sicut est consuetudinis
quibusdam. qui uel timore persecutionis cedunt uel propria presumptione a peccatoribus
uel imperfectis ut iusti videantur recedunt: culpat ergo hic illos scindentes unita
tem caritatis qui inter alios non posset habitare causa sanctitatis sue qui potius suo exem
plo debuerunt consolari alios. hec glo.

¶ Capitulum .32m. ubi ostenditur quod status scte mris ecclie sit perfectus per xpm
quantum ad legis integram publicationem et suorum ciuium. usum et
administrationem conuictu et conuersationem ex quo similiter clarissime concluditur
supradicta omnium fidelium unitas. equalitas et conformitas.

Satis ut opinor ~~etiam~~ etiam nemine diserente potest a quocumque perfectio euangelice le
gis concludi quantum ad id quod superius capto decimo octauo pro ultima pntis propositi
imperfectione in illa lege moysayca conclusi. s. quod lex dei soli iudeorum populo data fuit
nec quemquam alium ad eius obseruationem tunc temporis obligauit. et quod iudei abhomina
bantur quemcumque gentilem. et quod venientes ad iudaicum ritum ex gentilitate non suscipiebantur
uelut ciues et filij illius populi sed tamquam hospites et aduene. et quod sacerdotium et ce
tera diuini cultus officia non omnibus iudeis suficienter dispositis et idoneis erant comunia
sed uni tribui per certas eius familias et domos iure quodam hereditario erant diuer
si mode distributa et quod fideles illius temporis erant dispersi et per varios modos colendi deum
quodam modo diuisi. specialiter illi qui tunc temporis viuebant lege nature et cetera alia que in
supradicto c°. cum anotatis in eo largius declaraui. que omnia quandam non modicam imperfec
tionem in statu illo veteri anotabant. sicut ibidem reperiet quicumque relegerit. omnia tamen
hec in statu scte mris ecclie penitus sunt ablata per xpm et in quandam perfectionem
altissimam sublimata. nam lex xpi sub qua militans adunatur et biuit ecclia. omnibus ge
neraliter et indistincte data est ac suficientissime promulgata et omnes equaliter obligat.

et omnes p̄arigra et amore recipit et aceptat. et extra eam viuentes omnes sine aliqua
distinctione condenat sic hec omnia satis abunde superius declaraui. c. 22. et c. 23. et c. 27
et ideo qui voluerit ibi requirat ut tm essent firmissimo iure sancita et nulla iam de cetero
inter xp̄i fideles generaretur discordia murmur aut inimicitia. q̄ xp̄s nr̄ oium redemptor
altissimq; hos duos pp̄los sic ante tanta disparitate diuisos conc̄ungit in semetipso fa
ciens equalit̄ pro ambobq; per passionem in corpore suo et auferens a vtroq; inimici
tiu aut seminarium transate discordie. s. a nobis illas veteres impfectas et carnales ce
rimonias p̄ observantias quas gentiles tm̄q; graues et asperas refugiebant quas et ipi
iudei teste ap̄lo petro. portare non poterant. a gentibq; vero abstulit idolatriam q̄ de se
dananda et abominabilis erat quam ipi iudei velut in obsequium veri et altissimi
dei libera contumacia abominabantur et c̄ondenabant cū oibq; suis cultoribq; imo hac occa
sione et propria ut dixi p̄sumptione ~~ut dixi~~. omnes etiam alios extra moysayca m le
gem viuentes aspernabantur et refugiebant. ablato igitur p̄ xp̄m hoc tam grandi ex vtraq;
gente reconciliacionis et pacis impedimento conuenientissime eos omnes. s. iudeos et genti
les reduxit in vnū nouū pp̄lm ac eos q̄ indissolubili federe pacificauit ac coniungit in
semet ipso ut de cetero nemo eorum gloriaretur aut c̄ontemneret alium et sic factus est oibq;
nobis lapis gloriosissimus angularis velut quod medium c̄onuingens in vnū pp̄lum
vtriusq; gentis s̄m. q̄ ipse. m. vi. aptissime declarauit cum tuam gloriosissimam passionem
a quo qui separatus fuerit aut qui cū ceteris meo coniunctq; et vnitus manere voluerit absq;
dubio peribit. Hanc autem mirabilem vtriusq; populi vnionem et eorum pacem ac concordia
vnanimem factam p̄ xp̄m in vnam q̄n̄q; nouam edificationem declarat ap̄ls luce. clarius. ad
ephe. 2. gentibq; loquens vbi post alia sic dicit propterq; memores estote q̄ aliquando vos
gentes eratis in carne qui dicebamini p̄putiu ab ea que dr̄. circūcisio in carne manufacta q̄
eratis in illo tpe sine xp̄o alienati a conuersatione isr̄l et hospites testamentorum p̄missionis
spem non habentes et sine deo in hoc mundo nunc autem in xp̄o ihū vos qui aliquando eratis lon
ge facti estis prope in sanguine xp̄i. ipse enim est pax nra, qui fecit vtraq; vnū. et medium
parietem macerie, soluens inimicicias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans ut duos
condat in semet ipso in vnum nouum hominem faciens pacem. ut reconciliet ambos in vno corpore
deo per crucem, interficiens inimicitias in semet ipso. et veniens euangelizauit pacem vobis
qui longe fuistis, et pacem his qui prope, q̄m habemus accessum ambo in vno sp̄u ad patrem.
ergo iam non estis hospites et aduene. sed estis ciues sanctorum et domestici dei, superedificati
super fundamentū ap̄lorum et p̄phārum. ipso summo angulari lapide xp̄o ihū in quo omnis
edificatio constructa crescit in templum sanctum in dño in quo et vos edificamini in habitaculum
dei in sp̄u sto, in quibus verbis si quis aduertat Satis notat ap̄ls illam antiquem imper
fectionem legis moysaice q̄ntum ad receptionem gentilium ad eam aduenientium quam
superius annotaui q̄ habebat eos tam q̄ hospites et aduenticios nec recipiebat eos p̄
omnia equaliter et amore sicut intra semet ipsam retinebat iudeos. quam tm̄ imperfectionem
ostendit p̄ xp̄m integre ee sublatam cū ceteris que dicta sunt supra. unde glo. ibid. in ter
mi sic dicit. ipse enim est pax nra inter nos ipsos. s. iudeos et gentes. et ad eum. et q̄ duos
pp̄los inter se pacificauit et deo reconciliauit unde subdit. qui fecit vtraq; n. vtrum pp̄lm vnum

in fide et moribus ipse est enim lapis angularis in quo duo populi tamquam parietes de diuerso angulo venientes sibimet quasi in pacis osculo copulantur quos per hoc uniuit quod sequitur. et .i. qui est soluens medium parietem macerie .i. obstaculum quod erat inter illos duos populos hinc ex lege inde ex idolatria soluit remouens legem a iudeis et idolatriam a gentibus. qui paries dicitur maceria[1] congeries lapidum sine cimento ut fit circa ortos. paries ergo macerie est qui facile destrueretur veniente gratia que et legem amouit et corda gentium ab idolatria conuertit. medius vero erat ut neuter populus alteri concordaret. stante autem hoc pariete erant inimicitie ira et inbidia inter eos. que abolita sunt destructo pariete. unde subdit et per hoc est soluens inimicicias in carne sua assumta uel immolata. legem hic exponit parietem quantum ad partem iudeorum quasi ipse dico euacuans legem mandatorum .i. euacuans legem veterem quantum ad ea que mandabat .i. ad carnales obseruantias non quantum ad veritatem quam presignabat euacuans dico. decretis .i. preceptis euangelii que ex ratione sunt. ideo euacuauit. ut duos populos prius diuisos per legem. condat in semet ipso .i. coniungat in fide eius. ipse dico faciens pacem destructis inimicitiis. faciens dico in uno nouo homine .i. in se solo a quo non aliunde est nouitas et item ideo euacuat. ut reconciliet ambos. positos in uno corpore ecclesie quasi sublata inimicitia et lege euacuata facit pacem inter ipsos et ambos reconciliat deo patri. per hoc autem reconciliat deo quod pro peccatis se obtulit et per euangelium illuminauit que duo consequenter ostendit subdens ipse dico interficiens inimicitias in se ipso. inimicitiam quam erat inter deum et homines .i. peccata dimisit in se vero non aliter interfecit inimicitiam quam per crucem .i. per mortem. omnibus enim profecit mors saluatoris. et veniens .i. per assumptam humanitatem apparens euangelizauit. et si non in persona sua sed in apostolis vobis gentibus. pacem. adeo fieri per se. vobis dico. qui longe fuistis adeo. quia idolatre et sine lege erant. non enim regione adeo longe est quisquam. sed affectu. amas deum prope est. o disti deum longe est. et eandem pacem annunciauit. his qui prope erant .i. iudeis qui unum deum colebant et legem adeo acceperant. quoniam quisquis annuntiauit pacem. et etiam fecit. et quod fecerit effectus indicat. quoniam ambo habemus accessum .i. facultatem accedendi ad patrem. et hoc in uno spiritu .i. per eundem spiritum. qui per xpm omnibus datur etc. hec glo. et ideo sicut illi qui ex utroque populo s. iudeorum et gentilium crediderunt in xpm sunt iam in unam eius ecclesiam unanimiter congregati. non tamquam hospites et aduene sed tamquam vericiues sanctorum et domestici dei. sermo quod nunc declarauit apostolus. sic qui ex utroque populo nouiter credunt hac ipsa eadem caritatis lege ab ecclesia suscipiuntur qua alii iam credentes recepti fuerunt et intra eandem quando isti aduenerunt retinebantur. salua tamen non idoneitate nouiter aduenientium quantum ad subeundum onera officiorum et administrationum ecclesie. sermo quod superius c. 27. declaraui et tangam ad idem inferius ut ibi promissi. nec in hoc debet esse aliqua diferentia iudeorum aut gentilium uel quorumlibet aliorum qui ad fidem nobiter conuertuntur. sicut nec aliorum fidelium ex utraque eorum gente iam ante in xpi fide viuentium ut ibi similiter tetigi. de ablatione vero illarum imperfectarum institutionem quibus non omnes fideles idonei et sufficientes assumebantur ad sacerdotium uel ad quotlibet templi dominum officium eo quod essent ista certe tribui per familias et domos ex ipsa lege distincta. manifeste apparet ex his que

[1] quia non erat stabilis nec robustus. est enim maceria

que dicta sunt supra. Nam in capto 28. sufficienter est declaratum quomodo predicatio fi
dei et offitium docendi sint genaliter ad omnes xpi fideles extensa quicumque sint illi. dum
tamen ad hoc sint sufficientes et hoc agant auctoritate sancte matris ecclesie. cuius volunt esse minis
tri. que nullo modo eos ab huiusmodi ministeriis reppellet. hoc idem fuit dictum se
quenti c. 53. 29. de illo leuitico sacerdotio quomodo s. est iam per xpm ad omnes
xpi fideles generaliter deuolutum potentes suscipere illud. eo quod est iam secundum or
dinem melchisedech a xpo nouiter ac mirabiliter institututum cui sacerdotio annexum
est et iniunctum ipsum doctrine et predicationis offitium. his autem duobus comu
nicatis indifferenter omnibus fidelibus idoneis sequitur comunicatio omnium aliorum
ecclesiasticorum offitiorum et dignitatum eorum. nam offitium doctorum. i. predicatorum
dicitur in ecclesia esse precipuum sicut habetur ex. de here. c. cum ex iniuncto. et
omnis potestas super ecclesie fideles qui dicuntur corpus xpi misticum dependet ex potes
tate sr. corpus xpi uerum et ideo quibuscumque offitium predicationis comititur
possunt eis alia quicumque ecclesiastica officia ad idem comitti. et quicumque ascendunt ad ordinem sacer
dotii accipiendo potestatem super corpus xpi uerum. ascendere possunt ad idem
ad quamcumque dignitatem et honorem et ecclesiasticum ministerium et accipere quamcumque
potestatem similiter corpus xpi misticum. si tamen pro hoc ex parte sua idonei et suffi
cientes inueniantur. et licet iste due potestates possint diuidi et separatim comu
nicari semper tamen est dignior potestas conficiendi. Amplius autem hec fidelium
ecclesie conformitas et equalitas in omnibus et per omnia patebit siue in offitio et
administratione siue in equali conuictu et conuersatione. si quis vellit considerare
ea que nunc dicta sunt in duobus capitulis precedentibus. s. 30. et 31. quia ibi sunt abunde hec omnia
~~in suo~~ in suo ordine demonstrata. bene ergo pro hoc tali proposito est cum apostolo non in
merito concludendum ad colo. 3. non est masculus et femina gentilis et iudeus circumcisio et pre
putium. barbarus et scita. seruus et liber. sed omnia et in omnibus xps. ubi ad nostrum propo
situm sic dicit glo. non est gentilis et iudeis, i. non est exceptio uel acceptio gentilis uel iudei
dei. Nullus enim ut indignus excipitur nec aliquibus officit vel proficit apud deum
quod de his uel illis nati sunt nec ibi est circumcisio et preputium. i. non aliqui ibi sunt digniores eo quod ipsi hoc habent
uel eo minus digni. quia non habent. et ibi non est barbarus et scita. seruus et liber. i. non
propter ista aliquis ibi dignior est uel minus dignus. et est sensus. in nouo homine nul
la exterior diuersitas alicui preiudicat. s. nec sexuum. nec nationum. nec obseruationum. nec
linguarum nec conditionum. hec glo. nescio ergo quid aliud. in hac sua pestifera contentione
operetur et agat. qui sic xpi fideles diuidere. et eos dispares et discordes efficere laborat
quam pacem illam altissimam et mirabilem quam xps per semetipsum inter hos duos populos
discordantes effecit abrumpere et euacuare. et pristinas illas inexorabiles inimicitias
uelut a principio iterum suscitare ac per consequens totum ecclesie edifitium destruere. et
ipsum gloriosissimum lapidem angularem ihesum uelut conterendo diuidere. super quem
unicum et indiuisum fundata est sancta mater ecclesia. et indisolubili pace coniuncta. unde
p. corin. p. grauissime de huiusmodi dissensionibus conqueritur et dolet apostolus tamquam si in eis
ecclesia destrueretur. et xpus improbe diuideretur. nam ut inquit ibi. diuisus est xps. ubi
glo. inter alia sic dicit. diuisus est xps. i. separatus. behementer isti errabant quia ostia.

Sibi prepter xpm constituebant et fundamenta diuersa ponere presumebant cum
vnu sit fundamentu ecclie q nemo mutare potest s. xps ihs. ipe ei solus est petra sup qm
fundata est ecclia et c. hec glo. Hec autem sanctissima oium fideliu ecclia continet incorpo
ratos in semet ipa. hos duos pplos. s. gentiliu et iudeorum. et eos ad inuicem mutua pace co
cordat et equali lege gubernat. velut duo vbera dno preciosa in ipius sponse pectore concrea
ta ac admirabili quadam pulchritudine adornata. que tn vbera isti contentiosi falso quodam
titulo obsequendi a sponsa non sine eius dedecore conantur diuidere et vt ita dicam vnam
ab eius pectore penitus amputare de quibus tn ipe celestis sponsus ihs electus ex milibus in
sua vnica et amantissima ecclia qi replicat. id qd in capto. 4. laudabit in ea et iteru velut
admirando contemplatur et dicit. cant. vltimo. duo ubera tua sicut duo hynulle capree gemelli
vbi beatus gregs. qui eadem verba cu consequentibus ea in iam dicto capto. 4 de duobus predictorum
ordinibus superius exposuit et vnu ex iudeorum alteru ex gentilium pplo ee dixit. quibus in
miu pulchre adornabatur ecclia nunc eadem integralr ad hos duos pplos reflectit. q suma con
cordia pacificantur in ea. vnde sic ad propositu dicit. duo ubera duo ppli existunt s. iudeorum
et gentium qz du in amore fraterno semp viuunt. se inuicem lacte pietatis in charitate nu
triunt qui bene duo hynuli capree gemelli nominantur quia du p predicatioem sinagoge in
fide geniti eius scripturis nutriuntur in eternitatis spem intendentes quasi in montibus concor
des pascuuntur. hec ille. sed iam ad propositu concludendum est et totus iste digressus a principio
huc usque deductus clausula debita sigillandus —

¶ capitulum 33m. ubi concluditur totus superior progressus et demonstratur quomo
sic per xpm debebat ecclie status oio esse perfectus. ut totu mundu illuminans
ipse in semetipsum coniungeret hos duos pplos s. iudeorum et gentiu et q ad hoc
ordinabantur oia illa antiqua misteria in veteri testamento contenta —.

Ecce si quis aduertat qualr ecclia fideliu que a primo iusto usque ad vltimu saluandum vnica est
sit perfecta p xpm. licet sm. eius diuersu statu diuersimode nominetur sicut in superioribus
quilibet discurrendo videbit qz pro statu veteri proprie nominatur sinagoga pro statu
vero moderno ab aduentu xpi vocatur proprissime ecclia quam pro sua generali acceptione
superius capto octauo in principio tractatus comparaui vinee nouelle q paulatim plan
tatur et crescit quousque atingat integram perfectionem cuiusquidam perfectam consumationem
quantu in hac vita ee debuit. xps in quem dirigebatur effecit secundum q superius 22. c ac
deinde usque ad pns deducto ordine declarauit et sic totu genus humanu in sua totali perfectioe
redegit. Nam secundum q nr gliosus pr hieronimus dicit. ad hoc verbu dei descendit de celis. ut
assumpto nre nature homie. humanu genus quod ab adam iacebat deiectu erigeretur in
xpo. tantu q nouo hoi per obedientiam prestaretur salutis. quantu veteris per inobedie
tiam perditionis acciderat. Non enim venit xps hanc vineam sic a primo homine usque ad
eum subcessiue plantatam corrumpere et extirpare sed perficere et consumare. sm. q ipe
testatus est. m. 5. non enim inquit veni soluere legem sed adimplere quam perfectionem per eum
futuram ppha cu maximo desiderio petebat dicens. ps. 79. deus virtutu conuertere res
pice de celo et vide et visita vineam istam. et perfice eam quam plantauit destera tua sr
filium hominis quem confirmasti. hec vinea que dextera dei sr xpm erat plantata erat
per eum personalr visitanda ac integralr perficienda. qui hic dr filius hois. i. filius iugis

alijem prout

